



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

*BL 1426<sup>2</sup>*

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



900000089491











V E N E R E S  
BLYENBURGICÆ,

Sive

A M O R V M H O R T Y S:

In

Q V I N Q U E A R E O L A S

divisi,

Fragantissimis. cxlviii. celeberrimorum

Poetarum florilegii refectus,

O P H E R A

DAMASI BLYENBURGI BATAVI. H.

DORDRACI

Ex Typographia Isaaci Canini,  
impensis Davidis Episcopij

Anno 1610. I.C.



IN Amores, seu Veneres  
D. DAMASI BLYENBURGY BATAVI,  
CARMEN.

MARCELLI MARCELLI Medicinæ Doct.

Tempus, & horarum docti male puncta locare,  
Feda proluvie desurpant osa ventris:  
Vig, sues rostro sordes, & stercora vertunt:  
Sic epulis stomachum, sic vino corpora dedunt.  
Tibi, BLYENBURG, tuis, pedibus calceria necans,  
Vrges cessantes, stimulata currentibus addis,  
Ne quâ parte viros somnus subrepat inertes.  
Te Duce, grandis opum pubi cumulatur aceruus:  
Te Duce, qui pauper, quiq, est ex are beatus  
Civis, & inducto terram qui scindit aratro,  
Quiq, melancholicus, naturâ tristis, & asper,  
Atrabile tumet; se latus Amoribus istis  
Ingenue recreat, Furias oblitus & iram.  
Macte quæmo macte ingenio, felix q, laborum,  
Quos colet & præsens atas, & laude perenni.  
Rite coronatos celo ventura sacrabit.

Amplissimo, Nobilissimo, Pruden-  
tissimo, IANO DOVZE NORDOVICI  
Domino: Rei literariæ in Batavis consti-  
tuendæ TRIVMVIRO, Archivorum custo-  
diæ PRÆFECTO, ac supremi consilij  
ADSESSORI, Poetarum PRINCIPI,  
Domino, ac Mecenati  
suo colendo.

DAMASVS BLYENBURGIVS BATAVVS.  
S.D.P.

ERTIS debere ingens, & immo-  
rari & innutrirī, si ad certum fi-  
nem studia nostra dirigere velim  
mus, a sapientissimo SBNB CA  
edoctus: Philosophie studio (vale-  
dictis parūper magnis illis, LL.  
volumenibus) nō immorari modò, sed immorigisti-  
ebam. At tamen Autorū copia destituimus, quos deli-  
gerem diu deloberavi: tandem delectatus celebriora  
quorundam Poetarum scriptis, in quibus sentiebam  
prioris animi spiritum, & bene temperati cerebri  
fluxum quendam igneum, peneq; divinum; horum  
sententias conquisiui: è quibus primam, & (ut qui  
\* ij busdam

busdam placet) praecipiam Philosophia partem, qua  
ad Mores spectat, & Amores: (Amor enim omnium  
(ut vult PETRARCHA) bonorum causa, conservator,  
finis, & sui ipsius premiu) ex parte addidici. Hanc  
amicis quibusdam doctis (N. T. veritus interpellare)  
praelegi: inter quos erant praecipui D. IACOBVS  
TUNINGIVS, & D. PETRV SCRIVERIVS, qui  
inter se mutuo, & vobis & utilitatibus publicis me-  
ritò amicissimi: ac incertū (ut est apud APVLEIVM)  
modestia quietiores, an industria promptiores: hoc  
scio quod à Maranorū ingenio & fuso alienissimi,  
& aperi. Hi mihi autores ut easdem Sententias in  
locos quosdam communes dividerem, & tanquam  
Morum quendam Thesaurum reliquis Philosophie,  
ac Artis poetica Studio sis publicare, qui proculdu-  
biò (ut aiebant) summo per è gauderent: videntes, &  
legentes eoru scripta, quorum nomina praterita om-  
nium bonarum literarum saevissima tempestas, imo  
vero pestis, delere decreverat. Sequor consiliū, Sen-  
tentias singulas relego, colligo, divido: & prater spē,  
laetissimū omnī materiali reperiens campū, quem  
uno volume non poterā comprehendere, in quinque  
distinctos libros digessi: & tam media, quam prima,  
ac ultima etati, quacunque, notatu digna, accommo-  
davi CENTONEM, qui Morum, & AMORES, qui  
Matrimonij institutionem docet, etati prima, Ado-  
lescentibus videlicet & Iuvenibus: s ALES qui Oe-  
conomiam, & DIALOGISMOS, qui Politiam, me-

dia, nēpē viris: SENTENTIARVM vero THESAV-  
RVM. & per consequens, Sapientiam omnē, ultima,  
hoc est, Senibus propriam dicavi: Per quinqu, scilicet  
precedētes libros: I. CENTONEM II, AMORES. III.  
SALES, III. DIALOGISMOS, V. & SENTENTI-  
ARVM THESAVRVM, universim Poesim (quantū  
per otium licuit) percurrens: & diligenter observans,  
nē sententia in CENTONE citat.e, reperirentur in  
THESAVRO: vel DIALOGISMORVM argumenta,  
baberent cōmune quid cum AMORIBVS: & ut es-  
sens SALES, sive loci diversi à CENTONE, AMO-  
RIBVS, & THESAVRO: nē videlicet cōfusum Cha-  
os manseam legenti prabere possit. Ex hiscè igitur  
supradictis quinqu libris, SECUNDVM, nempe AMO-  
RES, sive VENERES BLYENBURGICAS (Amo-  
rū aferè genera è divinis Poetarum aliquor eruta  
monumētis, sive lucubrationibus, breviter descri-  
bens) ne oīj mei apud te ratio constaret, N. T. mit-  
to, & Cēsorio iudicio tuo planè summ̄sto; qui uni-  
cas Poetarum Mystes, mysteria illorum solus sapis,  
solus tenes, & imitaris; solus quoqu, illorum scripta  
candidè examinas, & mendosa exacte emēdas. E-  
go utinā ad illam felicitatem pervenissim, ut;  
quemadmodū su illis, ego vici sim N. T. possem  
imitari: sed, nē Sutor ultra Crepidam, ut habet Pro-  
verbium vetus. Nētamen omnino nihil me praisti-  
isse conquerātur Posteri: (quamuis vereor hac mea  
COLLECTANEA eodem quasi cibo pasta ad senec-  
\* ij tutem

tutem usque, canescere non posse (pertinaci opera, & intensa ac diligēti curā hunc HORTVM disposui:  
in quo posteaquam Amorem illum mundanum,  
atque paganum potenter per universum mundum  
regnare, Iovem indomitis flammis accendere, bel-  
licosum Martē sua face cōpescere, Vulcanum inter-  
Et naos ignes illasum unica scintilla sua exurere  
posse ostendi: Comites etiam eius: Timorem, Spem,  
Suspicionem, Sollicitudinem, Zelotypiam, Panas,  
Tormēta, Cruciatu*s*, Languores, Dolores, Dissidia,  
Iras, Lites, Reconciliationes, Querelas, Blasphemias,  
Maledicta, Lachrymas, Suspiria, Fastidia, Peni-  
tentiam, & innumera alia similitē percurredus ab  
hoc umbratili & falso, ad verum & ligittimum  
Amorē Lectorem perducere: Qui reddit Amantē  
in actionibus cautum, circumspectū, providum: in  
studij suis, docilem, diligentem, & intelligentem:  
in consultatione rerum, sagacem, solerter, & sa-  
pientem. Econtra alter ille, reddit homines impro-  
vidos, indociles, inconsultos, insanos, morosos misé-  
ros; ut qui motu cordis, & fallo mentis ad omnes co-  
gitationum astus fluctuant: unde LYSTELES ille  
apud PLAVTVM inconstantiam huius Amoris di-  
scribens bene inquit.

Ita est Amor, balista ut iacitus, nihil sic celere est, neque volat.  
Atque is mores hominum moros, & morosos efficit.

Minus placet magis quod suadetur, quod dissuadetur placet,  
Cum inopia' sit cupias, quando eius copia' sit, tum non velis.

Ille qui aspellit, is compellit, ille qui consuaderet retinet.

Hec

4

Has illis alijs verò aliter: Appellantes, Lascivus  
hunc Amorem: Absconditū ardore, Delectabile vul-  
nus, Dulce venenum, Gratā amaritudinē, Amabile  
malū, Latū suppliciū, ac Blādum imeritum. Ab hoc  
igitur Amore abhorrentes moneo & abortor, ut ad  
Amorem verum accedat, per quē, nascitur sancta illa  
ister virum & uxorē societas, qua nulla incandior,  
tuor, securior, castior, cū quilibet eorum idem quod  
alter, in uno conformi animo duo corpora, in duo-  
bus corporibus unus animus, unusq; cōsensus: Nulla  
etiam est vis uxoria caritate maior, qua nulla per-  
fidia corrūpitur, nulla adversa fortuna labefacta-  
tur, nulla aliena cōsuetudine distrahitur, nullo tem-  
poris avo nec usu consumitur; sed quā unicā quisq;  
uxorē duxit eandē in violato Amore ad ultimū vi-  
ta terminū cōstanti dilectione, continuaq; memoria  
conservat: cōtra qui uxorē nō habet, non saltē caret  
uxoria caritate, verum etiam familia, propinquis  
amicis: & quemadmodū in vita sīnē nuptijs vixit,  
eodē modo moritur sīnē nomine. Hac in Calibes, qui-  
bus in Republica Anconitana, & Magistratu, &  
muneribus alijs publicis fungi prohibitum. Quā-  
obrem omnes & singulos appello Beatos, qui hanc  
societatem (legittimum Matrimonium volo) firma-  
tore inveniunt, indissolubilem vita consortem mente-  
sore diligunt, genus humanum virtute sua augēt,  
sibi similes liberos procreat, & prudētē ac religio-  
se enirriens, educat, ac gubernat: ut cū adoleverit,

Pæter,

Patria, parentibus, propinquis, Amicisq; praesidio,  
honori, & usus esse queant. Quemadmodum et nunc  
façis, Vir nobilissime, qui familiae Pater sapientis-  
simus, facundo liberorum prouenerit beatus, nullum  
opulensias patrimonium usq; relinquere posse existi-  
masti, quam liberali educatione, ac doctrine stu-  
dia: quenec dare cuiquam potest, nec eripere For-  
tuna. Quod non solam in Filio tuo primogenito  
IANO DOVZA, BATAVIA nostrae ocello, præstisisti;  
(in quo effingendo certasse Naturā eū Fortunam, For-  
tunā cum Virtute adeo feliciter aspeximus, ut qua-  
vicerit, qua victa sit, dubitari facilius possit, quā  
explicari:) verum etiam in altero filio tuo G. R.  
GIO DOVZA, cuius in Adolescētia senilis pruden-  
tia, & animus generosissimus, universum terrarū  
orbem ingenio capacissimo unius instar Urbis asti-  
mabat. Hac duo lumina, cum LVX illa divina in-  
comparabili totius Reip. Christiane damno, e mūdo  
tulisset, & N. T. suis Liberis carissimis priuatis:  
Nil aliud respōdisti, quam: Illos se habuisse tanquā  
amissurus, & amississe tanquam haberet. O virum  
perfectum & absolutum! quem infortunatū facere  
nulla vis, nulla necessitas potest: Qui priuata vita  
commoda, ac sanctissimas sanguinis necessitudines  
Republ. saluti nunquam non postponēda iudicasti:  
Cuius Iustitiam, Prudentiam, Fidem, Aequitatem,  
Tēperācia, catetragō, Virtutes omnes, benē nati ad-  
mirātur ac venerātur: cuius Filij reliqui superflites-

STA-

STEPHANVS. FRANCISCVS, VVARNERVVS, THE-  
ODORICVS, IACOBVS, praeclarissimis suis ingenys  
orbem totā illustrabunt, & orbitam Fratrum (I-  
ANI atq; GEORGY) magni Patris vestigys insisten-  
tes, imminucre studebunt: Filie vero

Pudicitiam & pudorem, & sedatum Cupidinem  
Deum metum, Parentum amorem & cognatum concordiam,  
diligentes, Matri, Matrona nobilissima precep-  
tis morigeræ, sobriè, atq; frugalitè rem domesticam  
procurabunt; nec aliud curabunt quam Patri prudē-  
tissimo omni in re placere, in nulla dispicere. Sed  
quid narro? Ignoscas infantie meæ, Vir nobilissime;  
nil laudes meæ ad tuas, tuorumq; virtutes qua prop-  
ter vela contraho, & ad Lusus mcos accedo (VENE-  
RES BLYENBURGICAS dicere volebam) quibus te  
Patronū ac Defensorem deligo, quod facere meher-  
cle ausus non fuisset, nisi mihi perspecta singularis  
tua humanitas, & benevolentia, cum in ceteros  
omnes, tum in literarum possimum studiosos mi-  
nimè vulgari. Aristarchi quidam severiores illi-  
teratum & idiotam in hoc AMORVM HORTO nil  
preterquam vitia pricipere turpes mores docere, &  
sacra profanis miscere clamitant: Ast ego salu-  
tari tui nominis scuto rectus, & tuo p: asedio tutus,  
reprehensiones tales paruipendo: affirmans oīa  
que in hoc AMORIS HORTO à me sunt scripta &  
collecta, ad bonos mores, & sedad: affectuum ra-  
biem esse relata: Horror enim mares & feminas, a-  
dolescentes & puellas, ad matrimonij onus ineun-

dum subeundumq; perdulce Coniugij ingum: & do-  
ceo sanctè ac pudicè Matrimonium colendum: pru-  
denter diligendā, fideliter amandam, & ab omni  
labe ac corruptela Coniugē servandam. Memini ad-  
huc veteris dicti: Præcepta nihil proficere quā  
diu error menti obfusus est nihil ominis tamē  
talem sumpfisse laborem me spero, qui laudem quā-  
dog; mihi, ac fructum feret: nam temperato deside-  
rio (ut verbis APVLBIANIS loquar) & moderate  
remedio dedisse me puto, in CENTONE, Pueris fa-  
turitatē, & Iuuenibus in AMORIBVS hiscē hilari-  
tatē, Senibus verò in SENTENTIARVM THESAV-  
RO tandem me spero daturum securitatem, &c. Est  
omnibus bonis in rebus (ut idem ait) cona-  
tus in laude effectus verò in caſu. Habeant  
hac ſibi Aristarchi illi: ſed N.T. hunc meum A M O-  
RIS HORTVM, in testimoniu[m] & iuernum perpetua  
obſervantia, quo me maximo ere alieno accepti be-  
neſicij cupio exonerare: nec quātum ſit quid datur,  
ſed a quali profectum voluntate perpende. D E V S ,  
OPT. MAX. N. T. propitio ſuo numine, in totius Rei-  
publica Christiana emolumētum clementer regat,  
tueatur, & cōſervet. VALE Vir Ampliſſime, Nobis-  
biliſſime, & Prudentiſſime: &, ſiquid valēti apud  
te preces meae, pro ADRIANO BLYENBURGIO  
cognato meo amiffo, ut hunc DAMASVM ames,  
ſubmissè peto. Icerum vale. DORDRACI Cal-  
uſijs. clo. lo. e.

# In Clarissimi, doctissimiq; viri

D.DAMASI BLYENBURGII Veneris,  
SIVE HORTVM AMORIS

## CARMEN.

Τὸν βίον ἀνθρώπων πολλοῖς ἐντάχθεσι κεῖσθαι,  
Πᾶσα φρεδὸν φωτὴν γαῖα ἀνεστα λέγει.

Η, δέ τι ηδὲν ἔχει μερόπτων βίος ἐννὶ εἰσῆθ,  
Τῷ ὅλυγοχρόνιον λεπτοῖσιν τε πέλει.

Τὸν θάνατον σὺν οἷς αὐτὸν ἔχει βιόγοιος ὁ ὄμρος  
Καὶ θάνατος μῆνος φαίνεται αἰδάνατος.

Αὐτὰρ ὅταν εἰς σεῖο βίῳ χαρίεντα ἐφόυροις  
Τὸν βίον, ἐξέρεις ηδὲ παρῆσται βιβλος.

Τῇγ' ὅνν σῆς εὐς χερσὶ βιβλον λαβέ, οἵτις εἴληδη  
Πᾶσαν αἰσθοκεδάσαι τῇ βιότοι αἰνίαν.

Βαμολέχον τύτοις οὐδέν τι παρόστειν ἔπεισιν  
Αλλὰ πρέπει πάσῃ πάντα τάδ' ηλικίη.

Εἴ δὴ μῆσα ἐμῇ τύνος ἀξιον εμμεν, ἐπαίνε  
Τόνδε βλινεβύργυ φήσω ἔγωγε πόνον;

Τέτο λόγη φανερὸν γενεθησεται, οὐ ποτὲ πάντες  
ζὲ σφόδρ' αγήσονται τὴν σεο ἀμφὶ βιβλον.

Η, μὲν ἄρ' ἀμφοτέρους δέλτον χείρεσσιν ἐλοιτο.  
Ηδυπνόων χαρίτεων πάντες ὅσοισι μέλει.

G.Coddæus.

ELEGIA  
D. PETRI SCRIVERY

In Amores, seu Veneres  
DAMASI BLYENBURGY PATRITY  
DORDRACENI.

Temporis hoc fatum est: ut homo ludibria promas  
Ex se quisq; suas affaniasq; probet.  
Regnat Amor, Plaususq; sui; tu stulta peruris  
Ambitio, per te se putat esse Deum.  
Aspice Grammaticos, & Rhetoras aspice. nanci  
Edere soleinne his quisq; librum.  
Aspice, qui fingunt se Phabos esse, Poetas;  
Aspice bacchantes cum Corybante choro.  
In lucem mittunt Anagrammata pusida; nullus  
Cum Nasone cupit Virgilioq; loqui.  
Plebei nimis hi Vates. Saliare Poëma  
Gratiū, hoc spinas per salebrasq; fluit.  
Huius ad exemplum divina poëmata scribunt,  
Scilicet officijs digna, Culina, tuis.  
Hinc doctorū hominū incurunt Saturaſq; Iocofq;,  
Pugnosq; ac alapas, quas meruere, ferunt.  
Nec fatis hoc horum nugis maculata papyrus  
Inseruit piperi, Pharmacopola, tuo.  
Et melior Musæa cohors non estimat assis,  
Hancq; opicis dignam muribus esse putas.  
Ecce! est qui galeis tergendis iudicet apiam,

Sic

Sic ut molles stras de perisse velit.  
Talibus elogis decorantur mustea scripta,  
Hei mihi! quis porro Nesapus esse cupit?  
Non tu, DAMASIZIBI STANI præcordia dextrâ  
Sæpen toriadi effigiata manu.  
Tu legis assiduo veteresq; novosq; Poetas,  
Eg; horum scriptis mellea dicta legis;  
Scris mixta locis: Nam miscentem Vtile Dulci  
Doctorum nosti puncta tulisse viuûm.  
Grata Iuuentuti nuper Praecepta dedisti,  
Que fugienda forent, quaq; sequenda forent.  
Et iam (quam lepidè!), post Mores, edis AMORES  
Seb dici VENERES hec tua scripta velis.  
Sunt Veneres certe de sumpta è mille Poetis,  
Patrum ævo Veneres qui cecinere suas.  
Né laudē hanc operā queris Mellite BLYPVRCY;  
Laudo equidem, at q; auro cōtrà ea chara mihi.  
Hac iter ad Famam (nisi me præfigia fallant)  
Non fallent, digitus sic meus iste salis.  
Quod Zannazarus, Pontanus, Cotta, Martullus,  
Flaminius, Bembus, Strozaq; uterq; fuit,  
Et quod Lorichius, quod Scaliger, at q; Secundus  
Cum Grudio, & Nato quod quiq; Douza suo;  
Quod dq; alij innumeri nunc sunt, olimq; fuere,  
Dum fastus Dominae duritierq; canunt.  
Macte! hoc solus eris, diceris, & OMNIA SOLVS,  
Et tua honoratis Fama veheatur equis.

Eius-

Eiusdem PHALECVS ad Catonem.

Quid Milesia, quid leves cachinnos,  
Vrbanosq; sales, facetasq;  
Damnas, ô Cato, pollicemq; vertis?  
Ah! quam vara tibi severitudo,  
Ah! quam vana tibi severitudo est!  
Quid mentem trahis & manum à Poetis,  
Iubeq; hos Veneris dari Marito?  
Plurimis studiorum amenitates  
Sunt in delicijs. Iuuat iocari,  
Et curas iugulari imaginosas,  
Iuuat seria temperare risu:  
Iuuat legiferum & gravem Solonem,  
Platonemq; sequi, Platonicumq;  
Herculem, at q; alios prioris aevi  
Istos semideos severiores;  
Quaeis fuit Sophies, Poeticeq;  
Divisum studium. Quid, ô, scorsim  
Semis, ô, Cato? nubilaq; fronde  
Fastidis temere hunc AMORIS HORTVM?  
Quid convitia, dicta quid minaris  
Inscitè? ô, bone parce, parce Censor:  
Non ruber Deus hic Priapus astat  
Vasis pensilibus mutoniatus:  
Non picta hic Veneris novem figure,  
Aut quotquot pathicae sciunt Puella:  
Non hic Astyanassa, non Cyrene

Non

Non hic est Elephantis, aut Philanis.  
Tantum Amabilitas, Lepor, Iocusq;  
Illa sub trichila libidinantur,  
Et delenificum Poëma pangunt;  
Quod qui damnas, ut improbum; Marnulos,  
Bembos, Scaligeros, Polistianos,  
Stroz as, Douziadas, Rogeriosq;  
Herosq; alios necesse damnet.

### Ad Indolem ingenuam.

Quid nonus hic blādis excultus floribus HORTVS?  
Quid Gracie, Charites, culta Minerva, Venus?  
Hic veterum, & nostri sacri monumenta recenset  
Ordine & opere cuncta referre fludet  
Gallia que scripsit, Germania, & Italia tellus,  
Anglia cum Scotis & Pelopae palus,  
Et pugnatrixi Batavus dum spirat ab ira,  
Matiacu s̄q; suis nobilis armigeris. (nesq;  
Quare agite hunc HORTVM colito Iuuenesq;, Se-  
Nam Praecepta, Sales, & Pia dicta refert.  
Tuq; si LIENBURGI captis insistere perge,  
Ut patria placeas, Aonyq; viris.

JACOBVS VANDER EYCK  
Dordracenus cecinit.

POETARVM PER QVOS  
profecimus, & quorum usum sumus  
testimonijs

CATALOGVS.

A.

Alciatus  
Altius  
Amaltheus H.  
Amaltheus C.  
Andrelinus  
Angenosius  
Angerianus  
Arcutius  
Arcostus  
Augurellus  
Auratus

B.

Balbus  
Bargus  
Bellaius  
Bembus  
Bentius  
Berzosa  
Bizatrus  
Blyburgius, D.  
Blyburgius, A.  
Bocchius  
Bonanus  
Bonefonius  
Boissartus  
Borbonius  
Boithierius  
Buchananus  
Burchius

C.

Cesarius  
Galcagninus  
Campanus  
Capilopus H.  
Capilopus L.  
Castilionus  
Chrysostomus  
Codrus  
Cognatus  
Cordus  
Cervinus  
Cotta

Crotus

Crucelius

D.

Dactius  
Dardanius  
Decimator  
Doletus  
Douza Pater  
Douza Filius  
Dragius

E

Hebodius  
Erasmus  
Etruscus  
Euangelista  
F.

Ferrarius

Flaminhus

Forcatulus

Franchians

Franzonius

G.

Gaillius

Gambara

Girardus

Gonzaga

Gorrus

Gouveanus

Grudius

Gruterus

Gyraldus

H.

Hessus

I.

Incerti autores

Iovius

Iunius

L.

Laenpridius

Laurus

Lernutius

Lignaminzus

Lotichius

Lucatellus

Lupatus

M.

Macrinus

Malevoltus

Manutius

Marius

Marnix

Marqulus

Melissus

Modius

Molsa

Monimus

Morella

Morus

Muretus

N.

Nangerius

O.

Othelius

P.

Paganinius

Panigrota

Pannionius

Pantiaticius

Parthenius

Patashias

Patinus

Pellicia

Petrella

Pictorius

Pigna

Politianus

Pontanus

Porcelius

Posthius

Priulus

Q.

Querengus

R.

Rhodiginus

Robortellus

Rogerius

Rosclettus

S.

Sabinus

Sammarens

Sannazarius

Scaliger

Schellebergius

Sconzus

Scorelius

Secundus

Sepinus

Seydelius

Sinapice

Spaula

Stephanus

Stopius

Stroza Pater

Stroza Filius

Suffianzus

T.

Taygetus, Ang.

Taygetus, Ant.

Tebaldus

Terminius

Theleus

Torrentius

Tolcahus

Tarcus

V.

Valerianus

Vallambertus

Vespolius

Vicecomes

Vrinius

Vtenhovius

Vulteius

W.

Weydingus

Z.

Zanchius

Zwingerus

FINIS

VENERVM

Blyenburgicarum,

Sive

HORTI AMORIS,

AREOLA PRIMA.

AD AMICAM.

Ad ADRIANVM MANMAKERVM,  
D. MANMAKERI, Quæstoris  
*zrarij Zelandie* meritissimi,  
Filiū unicum.



DORDRACI,

Ex Officina Iсаaci Canini.  
M.D.C.

# AREOŁÆ PRIMÆ

## DIVISIONES.

|              |  |  |
|--------------|--|--|
| I.           | Salutationes.  | pag. 7.  |
| II.          | Invitationes.  | 9.   |
| III.         | Allusiones.  | 25.  |
| IV.          | Preces.  | 33.  |
| V.           | Lamenta.   | 49.  |
| VI.          | Ad Amicam, & econtrâ.  | 75.  |
| VII.         | De vita, fidelitate, & miseria sua.  | 150.   |
| VIII.        | De Amore suo.  | 156.   |
| IX.          | De virtute, & præstantia Amoris.   | 166.   |
|              |  |  |
| X. Vituperia | <i>A Savitia.</i> 175.<br><i>A Durius.</i> 176.<br><i>Ab Avaritia.</i> 183.<br><i>A Superbia.</i> 184.<br><i>A Foco.</i> 188.<br><i>A Sordibus.</i> 190.<br><i>A Garrulitate.</i> 191. | <i>A Levitate.</i> 192.<br><i>Ab Inconstantia.</i> 198.<br><i>Ab Ingratitudine.</i> 200.<br><i>A Moribus.</i> <i>ibid.</i><br><i>A Turpitudine.</i> 201.<br><i>ACrasitie.</i> 203.<br><i>A Senectute.</i> <i>ibid.</i> |
| XI.          | Excusationes, & veniam petitiones.   | 204.   |
| XII.         | Valedictiones.   | 208.   |

# Virtute & Doctrina præclaro

Iuveni D. ADRIANO  
MANMAKERO

L. L. Amatorj,

DAMASVS BLYENBURGIVS BATAVVS.

S.P.D.

**N**disponendis locis, sibi  
TENTIARVM OPERI ACCO-  
modandis, Doctissime. D.  
M A N M A K E R E, incidi ia-  
cum, qui de Amore men-  
tionem facit: Quod argu-  
mentum cum mihi summopere arride-  
ret, ex diversis celeberrimorū PoETARVM  
scriptis conquisi<sup>v</sup>ica, quæ videbantur ju-  
cuadissimæ huic materiæ convenire: in  
qua, quum summa cum elegantia & ve-  
nustate, omnes gratias cōjunctas animad-  
verterem, placuit unum inde volumen  
confidere, & VENERES BLYENBURGICAS,  
sive, AMORIS HORTVM inscribere, ea-  
quod universæ hic dicendi Veneres con-  
currunt: &, ut in horto florum & folio-  
rum, [Amoris & Castitatis symbola]  
ita Amorum hic quoque varia genera

A ij descri-

describuntur: non per nre tamē, [nē quis  
 malignē interpretetur] sed per eos, qui  
 risus, lusus, basia, & incredibilem in A-  
 more Amanium lētitiam [quod per  
 BLYENBVRGICVM nomē cupio indicare]  
 corde hilari, diviniq; æstro spiritus percipi-  
 ti, adeò felicitèr decantarunt, ut amatori-  
 arum suarum gratiarum decori, omni re-  
 mota obscœnitate, nihil addi, nihil demi,  
 nihil quoq; mutari possit. Quum verò  
 hoc nostrum Volumē, non saltem risus,  
 lusus, & basia supradicta, verū etiam bal-  
 nea, munuscula, ocellos, labella, laudes,  
 lacrijmas & somnia continet, id circò in  
 AREOLAS aliquot, ceu partes distribuere  
 aggressus sum: Quarū primā, AD AMICAM,  
 tibi Doctissime D. MANMAKERE [quem  
 ex eisdem studijs eandem capere delecta-  
 tionem perspexi] libens dono & dedico:  
 ut Bacchanaliorū hisce ferijs, in ijs, quæ  
 jucunditatis gratia a me sunt collecta, te  
 delectes. Hic disces, Bonum pauxillū amare  
 sanè [ut ait comicus] insanè non bonum. &  
 quicquid affectuum arbitrio geritur tem-  
 porarium esse, quod ratione judicioquè  
 tractatur firmū, & perpetuum: Postremo,  
 Amorē felle & melle [ut ait idem] esse facun-  
 dissum, ut potè, gustu qui dat dulce, amarum

ad

*ad suietatem usque aggerit.* Si vero huac nostrum tam in colligendo, quam corrigoendo gratum tibi esse laborem intellexerim: habebis propediem VENERVM meatum Areolam secundam, in qua docebimur. Probitate conciliandum esse Amorem & probis moribus alendum: & quia in omni pulchritudine sive coporea, sive incorporea, nihil abundet, quam divini vultus splendor in rebus creatis relucens: ide amantē nihil terrenū, nihil quoquè corporeum, vel humanum, sed divinum aliquid amare. VALE Doctissime D: MANNAKERE, & Blyenburgium tuum similiterama. Ex Museo nostro: LVGD. BATAVORVM Calend. Febr. CID IC.

A ii

Tempora

O TI OSO L E C T O R I .

*Tempora qui perdis, concessa q̄, munere cali  
Otia condemnas, Otia nostra lege.*

# AD AMICAM,

ET

AMICÆ, AD AMATOREM.



I.

## SALVT ATIONES,

Ad Næxram.

**S**alve nequitiæ meæ NEÆRA, (le, <sup>Maril-</sup> lus.)  
Mi passercule, mi albe turturit-  
Meū mel, mea suavitas, meū cor,  
Meum suaviolū, mei lepores.  
Tenè vivere ego quæā relictia?  
Tenè ego sínè regna? te sínè au-  
Aut messes Arabum velim beatas? (rum?)  
O prius percam ipse, regna e᷇ aurum.

Pancharis.

Salve melq; meum, atque amaritudo,  
Otiumq; meum, negotiumq;  
Mens Bosphorus, Hesperusq; salve:  
Salve luxq; mea, & mea tenebra,

Bonifacius.

A iiiij

Salve

*Salve error q̄ meus, meus q̄ portus,  
 Salve spes q̄ mea, & mei pavares,  
 Salve nil q̄ meum, meum q̄ torum,  
 Sed quid pluribus? ô ter, amplius q̄.  
 Salve tota, ACHARIS q̄, PACHARIS q̄.*

Ab ea, & totus & semper.

Sealiger *Nulla mihi potius felix illuxerit hora;*  
 Patet. *Quam non sis felix, ô mea DIVA, mihi.*

*Imò aliud: mihi qua felix illuxerit hora:*

*Si non sis felix ô mea DIVA mihi:*

*Sis felix mihi: sic felix illuxerit hora:*

*Quia fueris omnis temporis hora mihi.*

Ianthiſ.

Flamini. *Venisti tandem, tandem mea sola voluptas  
 us. Venisti, & lucem misera vitam q̄ tulisti.  
 Quantum vere novo gaudet lasciva capella,  
 Astivis quantum fitientes imbribus horti,  
 Tantum MOPSE, tuo reditu latatur IANTHIS.  
 Te sine, care Puer, letho mihi trifior ipso  
 Visa fuit, tardoḡ dies mihi tardior anno,  
 Seu tenebras vesper, seu lucem ferret EOVIS,  
 Me flentem vesper flentem cernebat EOVIS:  
 Lugebant sylva, lugebant mollia prata,  
 Formosusq̄ suos amisérat hortus honores,  
 Et desiderio Domini pecus omne peribat:  
 Dulcia nunc tecum redierunt gaudia cunctis.*

Affice

*Aspice te lata pirus complectitur umbra,  
 Argentum properans te murnare lympha salutat,  
 Albaq; purpuratum tibi ducunt poma colorem.  
 Ipsa ego nunc dulci saturabo lumina vulnu;  
 Discedet macies, discedet corpore pallor,  
 Et tecum longos peragam feliciter annos,  
 Senzeneras solito pasces in monte capellas,  
 Seu pastris fines linques, & pabula nota.  
 Quicquid ages, formose Puer, tua cara Puella  
 Tecum semper erit, terras comes ibit in omnes.  
 Num didici quid sit iuvenem expectare morantem:  
 Expectans una vel nocte Puella senescit.*



## II:

## INVITATIONES.

## Ad Fulviam.

|  | Gradius. |
|--|----------|
| <i>Quamvis sapè sua intereat Dictynna senecta,</i>     | "        |
| <i>Exuat &amp; rustile cornua bina facis,</i>          | "        |
| <i>Luminibus tamen usq; novis sua damna repesat,</i>   | "        |
| <i>Vecta iterum gemino per loca sueta bove.</i>        | "        |
| <i>Quā senuit veteres volucris Iouis abicit annos.</i> | "        |
| <i>Tempora qui reparat lubricus anguis habet.</i>      | "        |
| <i>Flavibus à Schyticis, canisve exusta pruinis,</i>   | "        |
| <i>Aut de Phœbus torrida facta face,</i>               | "        |

Av      Aus

" Aut quondam stricta stirps Cteria cæsa bipenni,  
 " Seradice tamen subrigit ipsa novam.  
 " Ipsa, quibus vitam renovet videa bombyx  
 " Deponit moriens semina certa sibi:  
 " Quaq; volat Phœbi Pharys avis unica sylvis  
 " Vrit vivifero cinnama odora foco.  
 " Ast homini nullas fas est revocare per artes  
 " Et atem, aut ulla detenuisse mora.

Ergo age, vivamus, mea LVX, mea grata voluptas,  
 Dū petulās nostro in pectori vivit amor: (tas,  
 Dum sanguis calet: & solido stant corpore vires:  
 Purpureusq; suo dum micat ore rubor.  
 Iam nanc lapsus a iuver indulgere iuventa,  
 Incuscent tetrici gaudia nostra senes.  
 Num morer insani mea FVLVIA, sibila vulgi,  
 Si non est flamma causa pudenda mee?  
 Et si lace pius Divos reverenter adoro?  
 Sonit & officium famina, virg, mcum?  
 Nocte q; per tenebras se multi noxius erro?  
 Estq; mihi solas FVLVIA, crimen, Amor?  
 Sat mihi sit, mea LVX, mea si tibi causa proberetur:  
 Quasq; faces subdit ventilet ipsa Venus.  
 Dumq; mihi cupidus liceat vincire lacertis  
 Harentem amplexu te, mea VITA, meo:  
 Squalentes subeat cani, & tremebunda senectus,  
 Mors quoq; nos inter basia sera metat.

Ad Iuliam.

Secundus. Maius alit frondes, Maio sine fronde virenti

Ire

Ire nefas, mos hoc, lux mea, priscus habet.  
 Ergo age ceriemus: tibi, me sine fronde reperio,  
 Munus, quod niveum pectus adornet, erit.  
 Corporis, ô felix illa quod sede fructetur,  
 Cuius ab aspectu gaudia mille fero.  
 At tibi lex hec sit, folij viridianis ut orba,  
 Oculi cogaris mox dare paucam mihi:  
 Oculi que possint fugientem sistere vitam,  
 Restas ubi nullis spes medicaminibus.  
 Pallidulam q̄ animam stygia subducere lyntri,  
 In non concessas & revocare vias.  
 Sic ego: depresso sic lux mea retulit ore  
 Paucā, sed argutis multa loquens oculis.  
 Basiaq̄, & mea quò iurabis basia vincī,  
 Accipies aliquid, si modò victor eris.  
 Dixit: & os avidum roseo mihi molliter ore  
 Pressū, & hoc cape nunc catena victor, ait:  
 Victor ero certè, nec opem Cytherea negabis,  
 Si tua, si nati numina sancta colo.  
 Tunc ego lascivæ potero contendere viti,  
 Qua se vicinis implicant arboribus.  
 Nec me hedera varius superabit in ilice nodus,  
 Brachia erunt collo sic mea nexa mea.  
 At vos purpurei Reges ignoscite vitti,  
 Risus erunt vestre tunc mihi divitiae.

## Ad Lygdam.

LYGDA fugit tempus, lascivi, inde, iocare: Incertus.

Sunt

Digitized by Google

Sunt dolor, & lacrymae semper in insidijs.  
 " Tam illum credas, quod tantum dicimus, una est,  
 " Quam trahimus vivi, non mora, sed morula.  
 LYGDA manū da, LYGDA manū nocte, imprime,  
 O Veneris facies tractilis, ô facula! (strige,  
 Iunge labella, parum est, iunge altius: infere loquā;  
 Sic ah! sic facies corona mollicula.  
 Iude intus, non ore exi: pro milibus unum  
 Basiolum da, quò se insinuent anime.  
 Sic ah! sic anima miscensur: vertimur ambo,  
 In te, ego, tuq; in me, dulcèq; sic morimur.  
 Non morimur: vitam sed vivere discimus. In te  
 Vivo ego, tuq; in me mollius & melius.

## Ad Candidam.

Marsullus. Ut grex porcorum morti scrvamus, & bore  
 Craftina quid trades dicere nemo potest,  
 Hoc cuscunḡ notum cum sit vivamus: & omnis  
 Apposso fugiat cura, dolor q; mero.  
 Res alias fortuna négat? fortuna beatum  
 Me faciet, si IN CÆLIA Diva velis.

## Ad Fanniam.

Pótanus. Puella molli delicatior rosa,  
 Quam Vernus aér parturit,  
 Dulciq; rose Memnonis migrī parens

Rigas

*Rigat suavi in hortulo:*

*Quemane primo roscidis cinctos folijs*

*Ornat nitentes ramulos,*

*Vbirubem gemmeos scandens equos*

*Phabns peragrat esbera.*

*Tunc languidi floris breve & moriens decus*

*Comas reflectit lassulas:*

*Mox prona nudo decidit cacumine,*

*Honorq; sans brevis perit.*

*Sic forma primis floret annis, indecens*

*Nbi senectus aduenit,*

*Hec! languor oris aurei nitens color,*

*Quod ruga turpis exarat.*

*Perit comarum fulgor, & frontis decus*

*Dentesq; flavent candidi.*

*Pectus papillis tenui vestum languidis*

*Sicut recondet sordidos,*

*Quod nunc Eoī lucidum gemmis nitet*

*Tenuisq; uestit fascia.*

*Nullas amantis audies moysi preces,*

*Duram querentis ianuam,*

*Non fert a lens fixa cernes postibus,*

*Exclusi amantis munera.*

*Sed sola noctes frigido cubans ioro*

*Nulli peccata conseres.*

*Quin hoc iuventa floridum atq; dulce Ver,*

*Brevemq; florem carpimus.*

*Post lustra quinq; iam senectus incipit,*

*Latenq;*

*Latensq; surrepit modo.  
Quarè meorum ô aura suavis ignis  
Dies agamus candidos,  
Noctesq; Diva conteramus integras,  
Quæ manè luces Hesperus.*

## Amaryllis.

Flaminius.

*sam fugat humentes formosus Lucifer umbras,  
Et dulci auroram voce salutat aves.  
Surge, greges niveos in pascua pelle A MARYLLIS  
Frigida dum cano gramina rore madent.  
Ipse meas hodie nemorosa in valle capellas  
Pasco, namq; hodie maximus astus erit.  
Scisne Menandri fontem, & vineta Gale si?  
Et quæ formosus rura Lycambus habet?  
Hos inter colles recubat viridissima sylva,  
Quam pulcher liquido Mesalus amne secat.  
Nec gelidi fontes absunt, nec pavula lata,  
Et varios flores, aura benigna parit.  
Illic te maneo solus, carissima Nympha,  
Si tibi sum carus, tu quoq; sola veni.*

\* \* \*

*Sic tibi perperuam donet Venus alma iuventam,  
Ne faciem nitidam ruga senilis aret:  
Post cœnam cum Matre tua, dulcissimæ Lycinna  
Ad masrem PHOLOE cara venito meam.  
Hic simul ad magnum lessi vigilabimus ignem,*  
Candidior

*Candidior pulchra nox erit ista die.  
 Fabellas vetula referent, pos late canemus  
 Carmina, castaneas parva Lycinna coquet.  
 Sic noctem tenerisq; Iocis, Risq; trahemus,  
 Dum gravet incumbens lumina nostra sopor.*

## Ad Perillam.

*PERILLA* molliſ, elegans, venuſula,  
 Magis decora candidis oloribus:  
*Micantibus* nitensior lapillulis,  
*Fryhra* dives quos, mare aut rubrum parit,  
*Sabaeus* aut beatus, aut *Arabs* legit:  
*Crocis*, *PERILLA*, luridis olenior,  
*Breviroſa*, *thymig*, flore gravior,  
*Laucina* concha comparata cui minùs  
*Placet* potentiorum labellulis.  
*PERILLA* dulcis a', quis beniſ ſimū rapit  
*Meo malus* Cupido te? quis impius  
*Deus*-vè, homovè, *VITA*, te mihi invidet?  
*Vbi* ſimus eborni? *ubi* corollina  
*Labellā?* *Vbi* novale collum? *ubi* oſculum  
*Nitens*, *decorum*, & aureo polo amulum?  
*At* ô beata, rara que Paphi tenes,  
*Cyprong*, nobilem, & ſuperba Gargara.  
*Deos* at inter ô Cupido maxime,  
*Sagax* Cupido, Dux amantium omnium,  
*Cor* ecce ſaucium impys doloris

Iecur g;

Digitized by Google

Iecurq; adustum, & usculata viscera.  
Cupido blande, magna Cypris, candida  
Pic precantis (oro) vota solvise:

PERILLA nota cur sitans ad oscula  
Refugat ora promulsa labellulis,  
Ligetq; colla lacteis lacertulis,  
Pematq; labra densibus minacibus:  
Redi mea alma VITA, LVX redi mea,  
Mea ad vola Columba, labere, emica.  
Ver ecce prodit, ecce prata germinant:  
Thyma, & croci, & rose, & ligustra, lilia  
Nitens, olensq; montane per ardua,  
Rubent per arva fontibus recentia:  
Strepunt cavae per arbores Favonij:  
Vbiq; mollis aura, ubiq; spiritus  
Serenat alta montium cacumina.  
Canens per antra Daulias virentia,  
Doletq; linquam & impium virum gemite:  
Itysq; fata conquerens miserrima,  
Repellit alta vallium silentia.  
Redi PERILLA chara: sic fuat Venus,  
Vtrig; dextra, utrig; semper obsequens.

### Ad Rosinam.

Melissus. *Lilia noster alit lactentia, sed tuus hortus*  
*Sanguineas nutrit, blanda ROSINA rosas.*  
*Clausia facit sepes, ut quam minus ipse potiri*

Flore

*Flore suo, possis tam minus ipsa meo.*

*Vnanimis mensi concordia par sit utrinque,*

*Procius è geminis hortulus unus erit.*

*Rumpere fas se pem, inuenilia tilia fas est*

*Integere virginis, casta R O S I N A, refis.*

*Floribus bis nisi mellia fluant, tamen inderenasci*

*Spero Meliffas, pignera mellis apes.*

### Ad Puellam in littore ambulanticum.

*Ad mare ne accedas proprius, mea V I T A, proter.* Castilio-

*Nimirum & surpes continet unda Deos. (nos)* nus.

*Hirapunt, si quam incantam aspexere Puellam*

*Securos bibulo littore ferre gradus.*

*Quin etiam in succū exiliunt se pē agmine facti,*

*Atque abigunt captos ad sua regna homines.*

*Tam si qua est inter predam formosa Puella,*

*Tantum hac non subito piscibus esca datur.*

*Sed misera fidelis male habent cōplexibus omnes,*

*Inustaque iubent hispida monstra pati.*

*Os informe illis, rictus, oculique minaces,*

*Asperaque arquino cortice membra rigens.*

*Barba impexa ingens, alga, limoque virens*

*Oblita, oleque graui lurida odore coma.*

*Hos tu seu pisces, seu monstra obscena vocare.*

*Sine Deos manus, si sapis ipsa, caue.*

*Nec tibi sit tanci pictos legisse lapillos,*

*Ut pereas magno, V I T A, dolore meo.*

B

Quia

Quin potius diuersi abeamus, respice ut ad te cum  
 Ad dextram viridi protegat umbra solo. 18.  
 Decurrit rivus gelidis argenteis undis,  
 Pictaq; odorato flore renidet humus.  
 Immonet & fonti multa nemus illice densum,  
 Et volucres sequido gutture dulce canunt.  
 Hic poteris tuto molli requie scire in herba.  
 Propter aquam, & niueos amne lauare pedes.  
 Tu mihi serra suis contexta cibaribus, ipse  
 Tex ta meis contra mox tibi serra legam.  
 Floribus, & roscis crinem redimita corollis,  
 Es compto incedes confacienda finu.  
 Poplite deinde tenas succincta imitabere Nym.  
 Obuia marmoreum deteget aura latus. (phas,  
 Syladicolas, mea VITA Deos torquebis amore,  
 Ignibus urentur flamina & ipsa meis.  
 Inde demū formosa magè & magè culta redibis,  
 Rumpetur tanta sum HIPPOЛИTE inuidia.  
 Sed sensim subfistas, ne te forte Puellarum  
 Equalis versans cernat abire chorus.  
 Nesciat hoc quisquam: nam si nos turba sequatur,  
 Antra ingrata tibi, ingrata & erunt nemora.  
 Has fatuas rapiunt pelagi sine monstris Puellas,  
 Nos ceptuimus hoc furtim dissimilemus iter.  
 Quod si qua interea audieris per littora murmur  
 Lux mea, se in nostro protinus abde finu.

Ad Cli-

## Ad Cliniam.

*Absens absentem sorques quid, CLINIA amicū? Vulteius*

*Si me vis vivum, Chara, videre, veni.*

*Quid tibi rura placent? Vrbis quid cōmoda tēnis?*

*CLINIA chara, precor, CLINIA chara veni.*

*Cuncta odiosa mihi sine te mea CLINIA: quare*

*Si me vis vivum chara videre, veni.*

*Iam quonia dulci procul extas CLINIA ab urbe,*

*Ingrata ingratū hac vivere in urbe mihi est:*

*Si venias dulcem subito mea CLINIA in Vrbem,*

*Gratum erit hac grata vivere in urbe mihi.*

## Blanditur Cliniae.

*Te sine iam morior, sine te, mea CLINIA nullus*

*Sum, sine te durum est vivere, dulcē mori:*

*CLINIA queso, veni: mea CLINIA, totus aduror,*

*Ut stipula in flammis, CLINIA, queso, veni.*

*Nympha veri, Nymphis ô pulchrior omnibus, al-*

*Mollior ô cunctis, puniceisq; rosis. (bis:*

*Albior ô niveis violis, fulgentior astris*

*O rustilis, clara lucidiorque die.*

*Charior ô gemmis, fulvo quoq; charior auro,*

*Clarior, ô placidis, CLINIA semper aquis.*

*Huc ad sis: venias, mea CLINIA, CLINIA queso,*

*Cor cordi, & femori CLINIA iunge femur.*

*Os ori, at q; oculos oculis, mea CLINIA nece*

*Candidula saginis, CLINIA, iunge genas.  
Dulcia coniungas, mea CLINIA, labra labellis,  
Omnibus & membris omnia membra precor.*

### Lyde, siue Adolescentia.

Torren- *Sic mater, gemino iuncta cupidine,*  
tus. *Gratam te cupidis reddas amansibus:*

*Nec formosior ulla*

*Expugnes iuuenum toros:*

*LYDE, Luciferi sidere pulchrior,  
O Solatiolum dulce dolentibus,*

*LYDE, spes mea, LYDE.*

*Accersita precor veni.*

*Exspectata veni non patior moram.*

*Forme plus nimio sollicita es tue:*

*Nil quo crescere possit.*

*Quamvis nuda tamen veni.*

*Incocto radians vellere purpura*

*Vt lanam, pariter nobilem adulterat*

*Vultum, non ego vestem:*

*Sed uestis Dominam volo.*

*Ad sint blanditiae, & grata protervitas,*

*Argutisque referti satibus soci:*

*Spirens lumen acetii,*

*Quod me surripiat nibi.*

*Nam defidens torqueor anxi:*

*Nec fincm rati, nec reperit modum.*

¶

725

*Tu succurrere, LYDE,*

*Tanto sola potes malo.*

*Tu fixum retines, dura, Cupidinis*

*Claro, tu Veneris nexibus implicas.*

*Ius vitaque necisque*

*Vnam te penes est mea.*

*Vinam si facilem te dederis mihi.*

*Perdes, difficilis. proh! Veneris decus,*

*Si me perdis amantem,*

*Messi damna feres tua.*

*Vix immodi fertur amantium*

*Fastus alma Venus. tu Venerem colis*

*Quam pulcherrima LYDE,*

*Si me despicias cane.*

*Stultus qui Veneris commemorem minas.*

*Ignosce (ah!) stolidae, Numen, ineptie.*

*In me pæna redundet,*

*LYDEN si ferias Dea.*

*Quia sola incolumi, nil uereor gravè.*

*At si turgidulis lachrymula lam dolens*

*Fledo extorsit ocellis,*

*Tunc curis morior miser.*

### Ad Amicam.

*Dum mecum viridi strata sub arbuto,*

*Aus ad fontis aquam leniter in caput*

*Reclinata iaces, cia: age tristibus*

Douza  
filius.

Bij

Supre-

Digitized by Google

## 22. HORTI AMORIS

Supremam mea dic VITA, molestijs,  
 Et me nexilibus stringit o brachys:  
 Tunc ducam è labijs roscidulis tuis  
 Imbuta Idalio Nectarè basia,  
 Dum quantum c' sit anima quod superest mea,  
 Me linquens animam fugerit in tuam.

At tu parce mihi, parce anima mea  
 Nec me semianimum destituas precor:  
 Iam corpus liquidas sic in aquas abit,  
 Ut cera in latices tota resolvitur  
 Vel Solis radijs us'a vel ignibus,  
 Heu, quantum his tua sed flamma potentior!

At tu redde animam, redde precor, precor;  
 Aut reddas anima dimidium mea,

Obses pectoris ut sit reliquum vagi,

Ne possit dominam linquere transfuga.

Sic dum sollicito te prece plurima,

Non ferrum atq' chalybs aut silices ibi  
 Stant corde in tenero, victa dabis manus,

Et reddes anima dimidium mea,

Me longi recreans rore suavij.

Sic dum fata sinunt, & celeri rota

Præcep's vita fugit, vivere nos iuvet:

Vivendum volucris ipse monet dies,

Et bruma appropans iam pede frigido,

Mutatura nives gramine fertili;

Decussura leves arboribus comas.

*Ad Fastiam.*

## Ad Fastiam.

*Scis bene quam duri sint nubila tempora fati,* Theseus.

*Quam sit in aperi:ti summa locata dies.*

*Mitia carpamus Bromio, Genio q̄ favente,*

*Anxius abscedat tabificusq̄ dolor.*

*Argutos cytharae pulsamus pectine nervos,*

*Sit Methymnae mensa referta mero.*

*At q̄ Arabo stillet caput imbre, & veris honore.*

*Exornet croceo cincta corolla cornas.*

*Nil quod vulgus iners curat, curemus, amore*

*Sit tantum nobis sedula cura frati.*

*Lubrica divitias plebecula semper anhelet,*

*Sit nostrum fragiles temnere semper opes.*

*Mors, & natales, & Regia nomina tollit,*

*Nec quem post auri fasta sequetur honos.*

*Inseruant populi plausus stadiumq̄ clientium,*

*Ventosus stolida queis homo mente tumet.*

*Hec dulci funeris vita comitantur, eunt es*

*Seu superum ad sedes, ad stygiumve chaos,*

*In cantu atq̄ epulis hilarem duxisse iuventam,*

*Et nunquam in solo decubuisse thoro.*

*Dum fas est molles igitur sociemus Amores,*

*Delitys nobis tempora lœta fluant.*

## Ad Fastiam absentem.

*VITA redi properè, quid fas? non detinet arctis*

*Nexibus implicatos invicta catena pedes.*

Bing Non

24. HORTI AMORES  
Non nemus in medio est, canto possessa Dracone,  
Non inga, non trucibus sylva habitata lupis.  
Non iter est rapido vallatum flumine circum,  
In iacet nullos aquoris unda metus.  
Negligis ast si dura preces, t. edet q. reuerti,  
Teque procul nobis ardua causa tenet.  
Si moneas, cleri conabor tendere gressu,  
. Quin ultro veniam, non moneas que lices.  
Non clave obstructus centena, FASTIA, carcer,  
Impedient cupidas vincla nec ullia vias.  
Non si Caucaso vincirer vertice, quondam  
Pradator veluti, muneris aetherei:  
Non hostes, non flamma acris, non dura vetabunt  
Frigora, non pluvijs turbidus Auster aquis.  
Me portabis Amor per aperta pericula latram,  
Casibus in cunctis hoc duce tutus ero.  
Nil gratum sine te, nil certe optabile, vita  
Quamvis degenda commoda cuncta fluant.  
Ast tecum in stygj stenebris Phebas videbor  
Lumina & aethera ante tenere faces.  
In seuis positus tormentis gaudia carpam,  
Gaudia sollicitis non peritura malis.  
Exilium patior gentilibus & moror aris,  
Precipuaq; mei parte carere queror.  
Quam satius profugum fuerat nonisse Padeos,  
Et gelido obtusos frigore adisse Schyeas:  
Nigram te sine quam in Patria transire Inuitam  
Luctibus assiduis, perpetuisq; malis:

Gens

Gens atroc ferro petet me, deniq; letho  
 Traderet, & gemitus clauderet hora nocens.  
 At nunc non morior, quia spiritus incolit artus,  
 Et fero faxeras sarcina usq; neces.



## III.

## ALLUSIONES.

In FABVLLA M arrogantē

Douza  
Pater.

Cum tibi sint ipsa digni quoq; Cypride vultus,  
 Cum q; notet corpus nulla litura tuum,  
 Cur ita te, limenq; tuum fugiamus amantes,  
 Miraris? forma lingua superba nocet.

Vis breniter dicam? nimium tibi bella videris:  
 Hoc est, bella minus cur videare mihi.

Scilicet appensis hederis in fronte Taberna  
 Vendibili scimus nit opus esse mero.

Quare aut bella tibi iam parce FABVLLA videri:  
 Ate tua mirari limina cur fugiam:

Ni sciole demum plebi non bella, FABVLLA.  
 Fabula, ni fieri bullā, FABVLLA, velis.

Ad Luciam Barziam.

In mortale decus Perusina BARZIA gentis  
 Quam bene cōueniens LUCIA nomē habes?

Stroza  
Pater.

B w Luce

*Lucet enim latè morum decor ille tuorum,*  
*Rara nec ingenuo forma pudore caret.*  
*Inq; oculis Charites habitant, & grata venustas,*  
*Quos super, & circum blandus oberrat Amor.*  
*Inde faces, ac tela iacit, furtimq; latenteis*  
*Tendit ibi laqueos, multiplicesq; plagas.*  
*Cernere nec cuiquam fas est ardentia tutò*  
*Lumina, tantum illuc ars, geniusq; valent.*  
*At tu, cuius abit nunquam de fronte Cupido,*  
*Nulla cupidines signa caloris habes.*  
*Nec facit hoc (neq; enim rudis, & tamen nescia rerù est.)*  
*Mentis in urbanae rustica simplicitas:*  
*Verum innata tibi constancia, qua nihil optas,*  
*Aut humile, aut quod te dedecuisse putas.*  
*Da veniam, tibi si nimium temerarius esse,*  
*Audacterq; aliquid dicere visus ero.*  
*Me nisi certus amor formose ferre puella*  
*Vincula insisset, quem mihi culta diu est,*  
*Nil non tentarem, studioq; amitterer omni,*  
*Ne nostram abnueres noscere velle fidem.*  
*Forsitan & assequerer, ne saltem hoc dicere nolles,*  
*Hic amat, & certè est dignus Amore nato.*

## In Liberam.

Panno-  
nius.

*Cum volo, & tu non vis: cum nolo LIBERA tu vis:*  
*Quando igitur sumes libera quando dabis?*

## Ad Petram.

*Marullus Et Petra es, mea Lux, & veré Petra vocaris,*  
*Et*

*Et peream si quo nomine digna alio es.  
Non tam quod Parium certas evincere maxmor,  
Et facies cœli rara videsur opus:  
Attritusq; nescit corpus magis aequore saxis,  
Littore qua primo casta Puella legit:  
Quam quia Caucaseas vincūs tua pectora cautes,  
Et quoscumq; vides, saxea signa facis.  
Et tamen hic etiam vesana incendia durant.  
Me miserum! cinerem hoc non facere est lapi-  
dem.*

### Ad Barbaram Hacham.

*Musis grata novem, gratissima, BARBARA, Phœ- Grudius.  
Que superas Latias, Argolicasq; nurus: (bo  
Sive chelin digitis leniter percurris eburnis,  
Scu libuit nervos & oce iuvante sequi:  
Quod tibi BARBARICVM nomē posuere parentes  
An non barbarici pectoris illud erat?  
Quin potius quod te talem erudiēre Puellam,  
O ter festiuos, ter lepidosq; senes.  
Nam quoru studijs mea BARBARA, barbara, non  
Barbarus haud dici debet uterq; parens. (es,  
Barbarus at fuerit, quisquis tua carmina temnet,  
Et qui tam doctas nolet amare manus.*

### Ad Candidam.

*Marmor ag; & longi durata rigoribus avi  
Crystal-*

28. MORTI AMORIS.

Crystalla, & puram quae tegit illa, niuem,  
 Et lac, & spumam, & vesulos quod vincis olores,  
 Lilia quod saperas atq; nitore rosas:  
 • Candorig; tuo quod cedaris cana lignifra,  
     Candoris meritò C A N D I D A nomē habes.  
 Dic tamen, ô, qua sit candensis causa coloris:  
     An, quod sub niueo pectore torpes hyems?

In Ceram Puellam.

Capillu-  
pus.

Cera sibi salet admiris liquefcere flammis,  
     Durescit flammis proxima C E R A meis.  
 Melacet affixum C E R A Puer improbus xras,  
     Illa tamen Pueri negligit usq; faces.  
 Nec lachrymis potis est nostris mollirier unquā,  
     Sed possum misero fit mihi dura filex.

Cognomen Faustinae.

Bellajus.

At tibi, si memini, nomen gentile Columba  
     Comueniens forma est, ingenioq; tuo.  
 Laudantur niueo mites candore columba,  
     Et tibi sub niueo pectore candor inest.  
 Quid lufus, mea VITÆ, tuos quid murmuræ  
     Quid referam notis nequitias et alami? (bläda  
 Tu tenero morsus figebas dente proterva,  
     Atq; columbatim basia longa dabas.  
 Hec mihi! quis raptor, credo Iave missus ab ipso,

Te

*Tenistro anulsi chara Columba finu?  
Temalus accipiter capiam tenet & ingubus uncis,  
Et tua crudelis viscera dilaniat.  
I nunc, dic veneri sacras esse Columbas,  
Si tam me miserrimo bella Columba perit.*

## De Siella.

(fulget,  
*Nostra die quod STELLA nitet, quod nocte re- Ponta-  
Sole STELLA die, sydera nocte refert. nus.*  
*Noite eadem surgente nitet, cedente refulget,  
Bosphoron hic, illic Hesperon ipsa refert.  
Ergo eadem mihi sol, eadem mihi sydus, & una  
Lucifer est, eadem vesper & una mihi.*  
\* \* \*

*In tenebris mea STELLA nites, dum sydera pallit  
Et nox ipsa tuo lucida honore placet.  
In medio mea STELLA die sub sole nitescis,  
Clarior & per te, Sol, Dies venit.  
Sic es syderibus decus addita matutinis,  
Et radij debent Sol, Dies tuis.  
Sed cur que tenebris honor es, decus una diebus,  
Cur lumen nobis, Nocte, Dies negas?  
Noite negas foribus clausis, in Luce tenebris.  
O tenebra! non iam stellavè luxuè mihi.*

## Ad Ambrosiani.

*Sparisti amaro et ambrosiā per labra, meisq;  
Suxissi*  
Digitized by Google

*Suxisti e labris AMBROSIA, Ambrosiam.*

*Süavia tunc etenim sunt suavia, mutua cum sunt,*

*Et dant, & captiunt mutua qui faciunt.*

*Ambrosiam diffunde: dedi cum basia, suge*

*Cum capis alterius AMBROSIA ambrosiam*

*Süavia sic & erunt tibi basia nostra, mihiq;*

*Et tua, & ambrosia stillet us ergo sua.*

### Mercariæ Puellæ.

Girardus *Vende mihi, mea VITA, tuam MERCARIA mercet,*

*Cuius mercator nî fuero, peream.*

*Nunquam me dices inimicis parcere nummis,*

*Impendam cunctas, dum mea fiat, opes..*

*Sed, queso, qua merx est hac Mercaria? Merx est*

*Ora, manus, humeri, gratia, lingua, oculi.*

### Ad Deiloinam.

Morella. *Credita que Phæbi Delus fuit insula nutrix,*

*Illa tibi nomen DEILOINA dedit.*

*Illa Deum, doctæ gaudent quo preside Musæ,*

*Nutrit, Ambrosio Delus odore fluens.*

*Inde tuo Ambrosij distillant ore liquores,*

*Aonia Aony lausq;, decusq;, chori.*

### Ad Catarinam.

Vtenho-  
uius.

*Quod vel pargato mens sit tibi purior aurð,*

*Nulla*

*Nulla animo labes insidie atq; tuo,  
Si sua convenienteribus data nomina, nomen  
Ex re vox xadapòs da CATHARINA tibi.*

### Ad Candidam.

*CANDIDA, canderi gestis nive ludere, virgo,  
Nunc quando extinctis floribus horret hyems.  
Ait inter digitos tibi nix perit atq; liqueficit:  
Sic percunis homines quos tua forma coquunt.*

Borbo-  
nius.

### Ad Rubellam,

*Sis lea & facilis, RUBELLA, semper.  
Fac dicare, RUBELLA, non rebellis.*

### Ad Salviam.

*Salva fronte mihi, quod salva fronte petebam,  
Prestas: res salva est, SALVIA, crescit amor.*

Vulteius

### Ad Cœlinam Burdigalensem.

*Cœlesti COELINA Deo mihi nata videris,  
A Cœlo retinens nomen & ipsa tuum.  
Cœlestem formam, cœlestem deniq; vitam,  
Cœlestæ est quicquid femina Diva geris.  
In te cœlestia probitas, constans summa est,  
Cœlestis*

Cœlesti humanum natus ab ore nibil.  
Cœlestis latè morum nitor ille suorum  
Lucet, cœlestes permouet atq[ue] Deos.

## De Veronica.

Areostus *E S V E R O N I C A nē?* An pœius verè unica? que  
Uris, qua mihi me tam citè surpueris? (me  
Unica nimurum cui soli est forma, decorg[ue],  
Gratiaq[ue], & quantum est & salis & Vereris.  
Quaq[ue], simul casta es, simul est pulcherrima sola,  
O sola! ô vera nomine dignia tuo.

## Ad vitam.

Burchi- *Vnica, V I T A, mea es dulcissima vita, quid ergo  
us.*  
Mirum, cum procul es, si misere morior?  
Et cum vicina es morior magis, at mihi longe  
Mors quam vita amen gravior illa venit.  
Iungamus, capière simul dulcedine mortis,  
Et cupies mecum candida V I T A mori:  
Mors etenim vitam, morem mox vita sequitur  
Mutuus hac nos in prælia trudet amor.

## Ad Barbaram.

Velinus. *Quicunq[ue] ille fuit hoc qui tibi B A R B A R A nunc  
Imposuit, vero barbarus ille fuit.*

O quoniam

O quovis also, quam tali nomine digna,  
 Quæ superas Latias, ore, animoq; nurus.  
 Quod si conveniens optem tibi reddere nomen  
 Vnum formose non satis esse potest.  
 Pectus habes Veneris, Iunonis lumina, crura  
 Matri Achillea, Cecropiaq; manus:  
 Hinc te nominibus totidem cantamus & una  
 Dictris PALLAS, CYPRIA, IVNO, THETIS.



## IV.

## P R E C E S.

Iratæ ex calumnia supplicat.

*Si merui, peream: miserum peryisse iurabit,*  
*Quin si tu veniam des, dare nolo mihi.*

Scaliger  
Pater.

*Mortemoro, sedet cœli convexa tueri.*

*Hoc premium? hac fidei pignora certa mea?*  
*Et repuisse potest divina in pectora dira*  
*Suspicio? at nequyt in mea dira lues.*

*Seratas equare tuas, THAUMANTIA, magnū est*  
*Virtutes: illas exuperare quid est?*

Ad Thaumantium.

*Si possum sine te THAUMANTIA vivere: possum*  
 C *(Outinam*

(O utinam) sine te sic quoq; Diua mori.  
 At sine te possum nulla si morte domari:  
 Quomodo nam sine te vivere, Vix a mihi eſt?  
 Et crudelis abis? nec ſunt mea damna dolori?  
 At ſaltem ſit, non poſſe dolere, dolor.

## Ad Rosinam.

Mcſiſſus. Pictor ut a ſpeculo proprios imitatur ocellos,  
 Fingitur & vultus vivida ſigna ſui:  
 Sic a te meis ſam depingo colore ROSINA,  
 Sic a me te teipſam pingo colore ROSA.  
 O utinam velut ipſa meis habitas in ocellis,  
 Sic habitare tuis me ſineres oculis!  
 Quid peto? nonne ſiniſ? Radium ſimul ipſa meorū  
 Et ſpeculum, ſimul es mentis imago mea.

## Ad Hyrtipilen.

Crottus. Me ſine HYRTIPILE aurea, purea inquam,  
 Me ſine HYRTIPILE (oro) dic, quid iſtis  
 Notis tam bene utriq; agis ſub umbris?  
 An noſtri tibi ſuppetunt mores,  
 Succurrantue tibi hinc modo, & modo inde  
 De mors, i ant labia aut ſinus? genetq;  
 Et denie improbulo rotae & unguie?  
 Et luſus tenerae, & graves querelle?  
 Eheu! quam vereor tuo, Impia, hoc me

Nec

Nec credas animo: ac sub inde fias  
Tanto subdola amori, & alteri aqua.  
Timemus miseri omnia, omnium regni,  
Mensis, consilii, ingenii, ac salutis,      " "  
Timemus miseri omnia aequè amantes.  
En bisseptem hodie dies, tuoq;  
Amplexu careo, & sinu, atq; ocellis.  
Hoc quid interim agis? mea interim quid  
Sine me HIRTIPILE? ecce ego te in horas  
Atq; opto, & cupio: mihi una in ecce  
Conserue sq; animo, insidesq; cordi.  
Me me ama, HIRTIPILE aurea, auream unam  
Cur te diligam ego invicem, colamq;.

## Ad Hauriam.

Flameolis sine me è labijs legere, HAVRIA, verum  
Florē Anima, èq; sinu candidū ebur premere.  
Me me arcta, me me his teneris cōstringe lacertis:  
Necte agedum optatis me his manū laqueis:  
Vre oculis, incende ore, atq; interface vultu:  
Vivere me, atq; mori mi, HAVRIA, sic liceat.

## Ad Anthiam.

O bene conveniens capiti velamen honesto,  
Sydereos oculos, aurea fila, comas.      Stroza  
O teneram, levemq; manum, cui Iuno, Venusq;  
Cij Invidisse      Pater.

*Invidisse queant, & tua, Phœbe, soror.*

*O niveos artus pulla sub ueste latentes,*

*Et non humanis edita verba sonis;*

*O dulces risus, habitum, morisq[ue] venustos,*

*O nulla laetam labe puditiam.*

*Vos in me in solitum, vos in me accenditis ignem,*

*Imag[ine] furtivus corripit offa vapor:*

*Vos mihi sollicito rapitis de pectore sensus,*

*Et votis alitur spes animosa suis.*

*Aspice ut vero pro corpore restet imago,*

*Et nisi fertur opem, mox ego nullus ero.*

*At tu naturæ decus exemplumq[ue] potentis,*

*Qua non est latio pulchrior villa solo,*

*Tunitidos in me converte parumper ocellos,*

*Queis pores obscura reddere nocte diem.*

*Tu precibus non dura meis, presensq[ue] faveto,*

*Et mihi (si fas est) dicito, noster eris.*

*« Mortaleis aquat superis Clementia Divis,*

*« Et miseris rebus consuluisse pium est.*

*Si dedit egregiam faciem Natura Puellis,*

*Non adamant eum pectus habere iubet,*

*Nec iubet exitio tristi latentur amantium,*

*Fallitur id suadet si qua Puella sibi.*

*Sed placidi mores, & rusticitate carentes,*

*Cum tibi sint nimium mens mihi casta nocet.*

*Mens mihi casta nocet, Qua tu formosa triumphas,*

*Et qua summatum sydera nomen adit.*

*Non tam en inuenies in nostro crimen amore,*

*Non*

- Non animum turpis, sed pia cura moveat.*
- Nosq; precor societ placidos Hymenaeus in annos,*  
*At q; maritaleis preferat ipse faces.*
- Hoc si contigerit, nec dedita recusas,*  
*Despiciam magni ditia regna Mida.*
- Nec magis Assirij quacumq; est Gaza sepulchri,*  
*Aut opus optarim nobile Pyramidum.*
- Nudus Amor non curat opes, discedat ab illo*      "
- Sollicitè quisquis servit avaritia.*      "
- Quē potius precium, quā culta Puella movebit,*      "
- Dignus cum sensu est ille perire suo.*      "
- Non animum nobis adeo tribuere tenacem.*
- Fata, nec ingenium sordida cura premit.*
- Cui tantum supereft, ut vivere possit honestè*      "
- Gaudet hos fines preterisse nefas.*      "

### Ad Cliniam.

*Plus oculis, plus fratre meo te semper amabo,*      Vulteius  
*Plus patre, plus matre, & plus atavis, tritavis:*  
*Si modò quod parvū est, præstes mihi CLINIA.*  
*Vultei hoc quidnā est? te scio scire satis. (queris)*

### Ad eandem.

*CHARA mihi fer opem, nostro succurre dolori;*  
*Aut me, ni favetas, mars citò durarapit.*  
*Ni tu, nullus erit possit qui ferre salutem*  
*C ijj Affecto*

*Affecto cordi, quod tuus erit Amor.  
 Ergo mihi fer opem mea CLINIA, CLINIA quæso  
 Auxiliatrices porridge queso manus:  
 Oppresso per te cordi medicina paretur,  
 Ladere quod cum vis, quodq; levare potes.*

## Ad Fulviam.

Dactius. *Vnde tibi tantos veniam novus inter amantes,  
 Si vacat, haud dubijs accipe, VITA, notis.  
 Fortunis confusa suis ruit irrita amantum  
 Turba, ego perpetui fretus amoris ope.  
 Hos facies peritura movet, me forma superstes:  
 His modo pulchra, mihi pulchra pudica places.  
 Quod nihil est illis, satis est mihi, qualicet una  
 Esse, loqui, mixtis seria ferre iocis.  
 Votum haec summa mei, tamen huic uti serviat ònis  
 Quantulacunq; mea est sors, manus, ingenium.*

## Ad Leuciam.

Franchi- *Qui somnos faciles carpere non potest,  
 nus. Cui non grata domus, sed gravis est sua,  
 Fas est otia querat  
 Fas est qua iuvet ambulet.  
 Hinc ad te celeres, LEVCIA, me pedes  
 Perducunt tories noctibus horridis:  
 Nocte, heu! quam bene laudes  
 Hesperna cecini tuas!*

*Virg admittar, ô Improba, quas preces  
Non fudi miseris flebilibus modis?*

*Me quisq; est miseratus*

*Qui me proximus audiet:*

*Non tu: quod si aliquis tecum erat (ut puto)*

*Me appello miseram: sin viduo in choro*

*Sola & surda cubabas,*

*Lector: pande fores D E A.*

### Ad Liliam.

*Triste mihi hulcus Amor, lachrymae mihi ab ulce Rogeri-  
Pro sanie, siccū vincit id antidotū. (re manat us.)*

*Nec mihi opem quis ferre potest, nō ipse Machao  
Conferre huic morbo pharmaca blanda queat.*

*Telephus, ô Virgo, sum, tu sis fidus Achilles,*

*Atq; mihi una manus, vulnus opemq; ferat.*

### Ad Fanniam-

*Candidior nivea veneris, mea FANNIA, plāsa es, Pōtanus:*

*Et Charitum tenero lactea crure magis:*

*Aurora prelata coma, prelata nitore,*

*Hebe munditijs cesserit ipsa tuis:*

*Cesserit aspectu Lede, Hermonieq; papillis,*

*Flora genis, cedat Tyndaris ore tibi:*

*Nigraq; formosa furata es lumina Amori,*

*Et per te cactus dicitur ille puer.*

*C iij Naiadum*

*Natiadum illecebris cum sis lascivior, & si  
 Vsḡ comes dictis Gratia blanda tuis:  
 Ambrosia hinc teneris stillat tibi roscida labris,  
 Ambrosia hinc roseo spirat ab ore tibi.  
 Huius in amplexus Superi properate: sed ipse  
 Preueniam, nec tu bella Puella neges.  
 Magna peti fateor, verum mihi magna petenti  
 Contingat niveo pectore posse frus:  
 O mihi si liceat partes tractare latentes!  
 Cedite, Di; hac vincam conditione Deos.  
 O bona non tractanda homini, bona digna rapina  
 Cælicolum, Superis o bona digna locis.  
 Deficio, gelidi suffundite tempora lymphis,  
 O desiderij lenta cupido mei!*

### Ad Lycorim.

Cotta. *Ne tua, ne mea, mi cane carmina cara LYCORI,  
 Mi vox ista avida haurit ab aure animam.  
 Et vela faciem, me me liquat ista videndo,  
 Et trahit intentis ex oculis animam.  
 Et mihi cōde sinum, istis dum paro pressa papillis  
 Basia, mi rapiunt ore ab anhelo animam.  
 Nec mi ostende manum, illa mihi potis est aperire  
 Pectus, & è medio evellere corde animam.  
 Et mi ostende aliquid, moribudo abit agra mihi  
 Nil video, cum te, LVX mea: non video. (mens,  
 Quid tamen optarim ostendi mihi? quid tibi in  
 iſlo Corpore,*

*Corpo, quo viso non subitò peream?*  
*Tolle precor tunicam tantillū, & pascere ocellos*  
*In pede languentes me sine candidulo.*  
*Sed quid ego optauimihī? paulo ante iste tuus pes*  
*Me incessu tenero dimidium abstulerat:*  
*Quod si tunc imisè vestibus exeruisse,*  
*Vnum vel minimum fortiè aliquā digitum,*  
*Liqueret me cupidè vidisse, me simul omnem*  
*Affusum dulci dulce mori digito. (totam*  
*Verū age, iam cane, LVX mea, iam mihi, LVX mea,*  
*Te retege, atq; omnes mī face delicias.*  
*Nam si mors obeunda, inhians in te mea malim*  
*VITA mori, quod vita est mihi amabilius,*  
*Quam tristis desiderio tabescere amati*  
*Corporis, unde miser sim, & decuplo peream.*

## Ad Fastiam.

*Oferas si quid, simulas. bene FASTIA, nos: Theseus*  
*Es novisse pudet, sed pudor iste iuvat.*  
*Fucatur quod agis: fidum me prodis amantem,*  
*Frōnte aperis aliud, corde aliudq; tegis.*  
*Quid mentis secreta fouent, animiq; recessus?*  
*Ingenuam fictō dedecet ore loqui. "*  
*Dilige me, si me non vis ardenter amare,*  
*Diligere & si non vis, male velle cave.*  
*Ast si odisse libet, calidumq; baurire cruorem*  
*Apperis, & nostra cœde tumescis ovans:*  
*Hoc*

Hoc tamē haud unquā te propter amare quiescam,  
 Non ira tanti, non odiumq; tuum est.  
 Nec vellem alterius, nec possem virginis esse  
 Verus amans, sic mi Cypriū præstet opem.

\* \* \*

Exoptent aliij cumulentur ut horrea spicis,  
 Vt gratum spumens dolia plena merum,  
 Vt domus è Pario sit condita marmore, pinguis  
 Vt centum vertant equora lata boves.  
 Cappadocumq; petant servorum longius agmen,  
 At Rhodios luxus, atq; Syracusios.  
 Fæcundumq; pecus, virides & miti i sylvas  
 Que vel brumali tempore poma ferant:  
 Serrano & nitidos semper spectarier ostro,  
 Atq; Indo digitos cingi adamante suos:  
 Viribus Alciden & grata Nerea forma,  
 Peliden plantæ & vincere laude citæ.  
 Et quicquid flavi rutilus vehit alveus Hermi,  
 Quicquid & Hispani servat arena Tagi:  
 Et pompam insignis devicto ex hoste triumphi  
 Ferre, atq; ad patrias lata trophya domos:  
 Et regere imperio gentes, & sceptra tenere,  
 Et cohibere fero: sub ditione Duces.  
 Et pacem mentis valido cum peccatore, grandem  
 Atq; animum, moveat quem nihil atra dies.  
 Intro ego quum terfa viitorum labi facillum,  
 Id divina humili numina voce rogo:  
 Prabeat ut mibi te facilem, mitemq;, piamq;, Vt q;

*Vix in Amore diu simus ut ergo pari.*

\* \* \*

*Ire paras tandem nec morte moveris amans;*

*Quae mihi linquetur te fugiente salus?*

*Siste avidos gressus, aut si discedere mavis,*

*Me lateri comitem iunge benigna tuo.*

*Tantum fidus erit nemo terraquam mari,*

*Cunctorum ipse vicem solus ubique geram;*

*Asturem equum ascendas nostris sublata lacertis:*

*Prenderis manibus mox eademque meis.*

*Ad nitidos primus decurrat, FASTIA, fontes,*

*Si fortasse sitim tollere queris aqua.*

*Omnibus aspiciar tecum obvius ire periclis,*

*Discrimen nullum quod remoretur erit,*

*Perrigidasque nives, freta perque tumentia Cauris,*

*Strictos perque enses, telaque acuta ferar.*

*Quas tibi non adeam terras sociatus iniquas?*

*Moribus incultam quam quoque barbariem?*

*Novit Amor, vigilat qui mecum nocte, dieque,*

*Quam te, quam studeam demeruisse tuos.*

*Conspexit Phœbus, tectum cui nil valet esse,*

*Ceu thalamum tenuit fæmina nulla meum:*

*Hanc operi tibi displiceat sollertia nostri,*

*Quid fuerit visum denique, meque mone.*

\* \* \*

*Ora o Marmarica laeso violentior hydro,*

*Me pateris seva, FASTIA, cede mori?*

*Ingruis amissis catulis velut Indica tygris,*

*Conygis.*

*Conycis inq. meum tela cruenta caput.  
 Quid gaudes? nostri vindex Dea Cypria fati est,  
 Gnatus & accensa Lampade purpureus:  
 Non impunè sinent soci's cecidisse sub armis,  
 Qui sua iam pridem signa sequutus erat:  
 Servierat q. libens, & decansarat Amores:  
 Te sera a gemino numine pœna manet.  
 Ergo ego causa tui, dulcissima PASTIA, luctus?  
 Pro me tam dura lege molesta feres?  
 Non ita membra licet gladio mutilaris acuto,  
 Et verrant volucres te iacente Noti.  
 Lenior ignoscam: nostris illas manebis  
 Funeribus, nullas experiere vices.  
 Non horum in iure est alienas sumere causas  
 Sponte sua, Domino quippe iubente licet.  
 Sed fortasse animum mutabis, VITA, superbum,  
 Et nostram incipies tandem adamare fidem.  
 Magna peto; haud iniusta tamen, quisnam odit  
 Ni sua circundet pectora dura silex? (amante  
 Heu quid amare pudet! non indigneris amari  
 Saltem, non unquam despicias q. coli.  
 Quin & amare decet, decuit, semper q. decebit:  
 Arsit venatrix Eudymione Dea:  
 Et tamen ethereas perhibetur casta pnellas  
 Inter, sylvestres inter & esse Deas.  
 Et quis Erichbonium, stolidus nisi, crederet esse  
 Solo è Mulciberis semine progenitum?  
 Quin rutili ascendes mundi fastigia, magnis  
 O que*

O que gaudia erunt, FASTIA, cœlitibus?  
 Saturni quod nocens levi pacabitur astrum  
 Temperie, Martis mite quod, sydus erit.  
 Ferrea cessabunt tum pralia: matre quod, regna  
 Cum Venere & Bromio solus habebit Amor.  
 Qui quod, solet galeam & scutū gestare Gradivus,  
 Gestet unguentis oblitus ire comas.  
 Assiduo quod, lyram plectro tractabit, & edet  
 Sepius imbellies molliter ore sonos.  
 Purpureas Leto pomet capitique, corollas  
 Sub recto & platani fronde iacebit iners.  
 Interca antiquos mores, gestusque, severos,  
 Ego tuo glacies excute corde graves.  
 Flecte traces animos, in me tua dirige mitis  
 Lumen. Ni falsum commonet Augur:erit.

## Ad Næviam.

Scita comas inserta tuas ut, NÆVIA, comant,  
 Hic age, frondis honos sit tibi frontis onus.  
 Floribus implexis ut munera iusta rependas,  
 Floridus amplexus fac mihi colla liget.  
 Cingens flore comam, cingens mihi rore labella  
 Vera metes Veris sic bona dona tui.

Tosca-nus.

## Ad Catharinam.

Si te, flaveneisque, comas oculumque, nitentem,  
 Labraque

Gourea-nus.

*Labrag̃ purpureis vividiora rosis.*

*Si decus hoc rarum, divinum si oris honorem,  
(Ne quid ego videar dicere forte nimis)*

*Incessumq; gravem, qualem iurem esse Deorum,*

*Si, qua est virtutum gratia blanda comes,*

*Si qua est nobilitas ab avis, proavisq; relicta,*

*Qua potuit meritis esse profecta tuis.*

*Miror, amoq;, meo que gratia debita amori est?*

*Fac siquidem nolim, cogar amare tamen.*

### Ad vitam Amicam.

Codrus. *Si te dileyxi, septem mea VITA per annos,  
Et sensus in te si viguere mei.*

*Si bene quid de te mervit mea Musa: reguntur  
Omnia si nutu tempora nostra tuo.*

*Cur mihi difficilis, cur intractabilis usq;  
Perfas? cur reddis non in Amore vicem?*

*Ah tua non Gorgon mater fuit! ah tibi Chiron  
Non Pater! ah! nutrix non lea saua tibi.*

*Per nigros oculos, rogo te, nigrosq; capillos,  
Et per adhuc teneris ora beata genis:*

*Sis facilis, laetog; animo complectere amantem,  
Parce tibi, hanc animā dum, mea VITA, potes.*

*Humano melius nil sanguine, collige, contra*

*Esse homini peius nil feritate potest.*

### Ad Tryphænam.

Scoreli- *Sicnè paras fragilē inscendens male sana carinā  
Viscere*

Visere Zelandum, chara Puella, solum?  
 Mens paves, & trepida refugit formidine, quādo  
 Attonito hos ausus pectore voluo iuos.  
 Quid tibi cum salso, Formosa Puella, profundo?  
 Huic precor, huic forme consuluisse velis.  
 Nauarum undivagūm squalentes aspice vultus,  
 En sibi quam similes fēda carina facit?  
 Frōte patēt ruge nondum properante senecta,  
 Laridas exangui pallor in ore scidet.  
 Num quanvis Gnidie possis certare Dionae,  
 Crede mihi, in redditu tu quoq; surpis eris.  
 Si forma iactura levis, qua tempore tandem  
 Concidet, at vita consule(queso) tuae.  
 Cernis ut undarum feriat modo montibus astra,  
 Vi modo deductis fluctibus aquor hiet.  
 Nonne times medio latitantes gurgite cantes?  
 Horrisoni Borea flamina nonne times?  
 Aeris & pelagi(rogo) ne te expone periclis,  
 In me ante ratibus bina clementia necem.  
 Corpora robustūm quā tot periēre virorum,  
 Tu speras tutam carpere posse viam?  
 Ipsa favens ulro succurret amantibus, inquis,  
 Cypria, n. ita mari ius habet illa maris:  
 Scilicet auxilium iuveni tulit illa narranti,  
 Oppetit tumidis qui miser haustus aquis?  
 Sestias & numen Veneris sperabat amicum,  
 Flevit Abydenum non minus ipsa suum.  
 Flevit & Alcinoë submersa puppe maritum,  
 Ipsaq;

*Ipsa quia, adhuc medijs fluctibus errat axis.  
Siste pedem, mea LVX, sicco dum littore fas est,  
Arbitrio celeris ne rapiare Noti:  
Si tibi non parcis, cupias mihi parcere saltum,  
Non niste viva, & fessite, fessus ero.*

## Ad Carmilianam.

Campa- *Qua tibi nunc scribo magno compulsus amore,  
Accipias animo CARMILIANA bono.  
Forma quidā fluxa est rapidi seu fluminis unda  
Quam gelida hiberna de nive fecit aqua.  
“ Verus Amor, sincera fides, non fictus amicus,  
“ Per nullas fiunt languidiora moras.  
Quā facile est precibus chari succū bere amatiss,  
Pro re tam parva magna parare potes.  
Qui, nisi sim ingratus, ni perfidus ipse futurus,  
Perpetuo siam CARMILIANA tuus.*  
nus.

## Ad Pholoën.

Flamini- *Dum sonat argutis latē vicinia grillis,  
Tu PHOLOE dulci pressa sopore iaces.  
Ipse vigor media solus de nocte, tuosque  
Ad caros postles florida certa fero:  
Quaque teris nuda calcando limina planta,  
Oscular, & lachrijmis tristibus illa rigo.  
Te precor aut nostri miserere, aut si tibi tantum  
Displisco,*  
us.

*Displideo hic animam ponere, Diva, inde.*

**Ab amica postulat viridarium  
Mense Maio.**

(moris,  
SPHERICA, mensis ad ait gemini, quo Mater A-  
Moximus  
Es geminus gemino sydere vernal Amor. (re,  
Verbas Amor geminus, gemino vernalius Amo-  
Iam geminus gemino gramine vernal Amor.  
Gramina poscit Amor gemino geminatus Amore:  
Lilia sunt violis, sunt mithio q, rose.  
Si dare lilia vis, violas, mithium q, rosas q,  
Lem mibi colla, sum, labra, genas q dato.



V.

**LAMENTA.**

**Ad Cinnamam.**

Ecque lacrymalis impotes, CINNAMA, modū? Ponta-  
Quando mi misero requiem dabis impias vides  
nus.  
Ignibus exuri me, pectu projcis aquam.  
Cruelis qua nec tuo Amanti porrigit opem,  
Et nec tam illum miseret te perfida meis.

O ego aetom felix, qui tam crudeliter amas,  
Nullaque me redamas, sed contra misere male cupie.

### Ad Faustinam.

Dellaius. Quad si fides admissa in felicitate numina laeti,  
Vi mibi sic, mea LUX, cripienda forest?  
Nam cuiusdam subirotet gaudia sunt precepta,  
Iraos omnes huic decretu esse Deos.  
Ergo ego te posthac unquam, mea VITA, videbo?  
Audiero abscessis nec tua verba miser?  
At certe infixi nostro sub pectore vultus,  
Fixaque, perpetuo querba loquentis erunt.  
Hoc mihi non Superi abstulerint, non Iupiter ipse,  
Non si me tota fulvoe deicyciat.

### Cum FAUSTINA omnia sibi esse excepta.

Tu Veneri Veneres, ecce tu spicula Amori,  
Mercurio lingua munera surpueras.  
At qui te, mea LUX, mea spes, mea VITA, meum cor,  
Invidus, ah! nostris abstulit ex oculis,  
Ille oculos, sensusque omnes, mentemque animusque,  
Asque adeo totum me mihi surripuit.

### Panchari.

Bonefons. Non ego, DIVA, queror blanda modulamine vocis,  
Quod

*Quod me excantaris, surpuerisq; mibi.  
Non ego, DIVA, queror dulci quod nectare tincta  
E labris animam mi<sup>t</sup> tua labra trahunt?  
No quod mi<sup>t</sup> pœta furata es lumine pectus,  
Ast unum in felix, hoc ego, DIVA, queror:  
Dum sic occumbo, tam dulci occumbere letho,  
Ut lethi non sit iusta querela mei.*

*Ad Alisam.**& morbo pallidam, & macilentam.*

*Veranè te facies miseranda ostendit ALISA,  
Anne oculos fallax decipit umbra meos?  
Sed neq; decipiunt oculos modus oris & artuum,  
Et Charitum quales vix rear esse pedes.  
Et tua qui semper sequitur vestigia, siue  
Discere vult gestus, siue docere, decor.  
Sed quoc a me miseri! pars bac illius ALISAE est,  
Inter Hamadriadas que modo prima fuit?  
Hec color, & vultus sine rusticitate modesti,  
Et lepor, & blandis ira proterva minis!  
Hecus, ubi letiferas spirantia lumina flammas!  
Et matutinis amula labra rosis!  
An tibi Thessalici vis pernicioſa veneni  
Torret ad arcanos cerea membra focos!  
Emulas an livore perdidit? & Venus ipsa  
Indoluit forme, dicta secunda, tua?  
An tibi ego infelix, senium deforme timebam,*

Buchananus.

*Et cum rugosis pallida labra genis,*

*Et quemque olim loginquit temporis etas*

*Invida formosis damna parare solet.*

*Sed tenero securus eram de flore, nec unquam*

*Credidet amantum faia ergo posse nefas.*

*Vos o quas penes est vita ergo, necisque potestas*

*Sortita nimium regna superba Dea!*

*Quale decus prima fraudatis flore iuventa,*

*Debuit hoc vestris non licuisse colis.*

*Si vos forte iuvant fletus prope busta recentes,*

*Et semper lachrymis tincta favilla novis,*

*Carpite maturosque senes, vetulasque rigentes,*

*Sparsaque vix raris tempora cana comis:*

*Carpite quos inopis torquent fastidia vite,*

*Quique velint annos praecipitare suos.*

*Parcite formosis breve Ver dum transviolet aevi:*

*Parva mora, haud parvi muneris instar erit.*

*O fera Persephone, nimium dilecta Tyranno,*

*Quem tuctus miseri, sevaque vincia iuvant,*

*Non ego te facie credo placuisse marito,*

*Savitia captus paltuit ille tua.*

*Tunc potes virides annos fraudare iuventa?*

*Et modo nascentem praesecuisse comam?*

*Totque animus, anima perdes crudelis in una?*

*Heu frustra votis scipe vocata pijs!*

*At puto non longum letabere, si modo verum est*

*Ditis inhumani pectus Amore capl.*

*Sit licet ferro sit durior are rigenti,*

*Asperior*

Asperior Furijs sit licet ille suis,  
 Hanc semel aspiciat, feritas placata quiescet,  
 Atque hunc qui vincet, omnia vincet Amor:  
 Tum sibi praelatum neglecta dalebis ALISAM,  
 Es viduum fletibus frigida sera sorum.  
 Quin animum nostris frange exoxara querelis,  
 Rictusq; breuem temporis addet moram.  
 Quod tibi das, nobis potest tribuisse videri,  
 Es lacrymam nebas, et sibi deme meum.

## Ad Rosalbam.

Equid abe nobis sum subiit tua littera linden,  
 Iepenatis mœbris auribus banista fuit,  
 Tunc peneta fessa cruses nostra in præcordia curas.  
 Credis, ut heu! misericordia perisse medias?  
 Ut perix! nos quoq; nihil de pectori restat  
 Quam umbratessu rava moris imago mea.  
 Quis geminos vidi? quanam suspicio legi?  
 Quia non lacrymulis fastiditura eniat  
 Nunc amato, sensuq; nucor de perditum pro  
 Stat super rusto trunco iners scopula  
 Naso vellem pulchram super alta strage decorem  
 Preaxis, regi foci mortales obiisse meos.  
 Non regatae siues sentirem corde dolores.  
 Sic uia, nec tanquam prostitia obrueret  
 Sic sine perperuis fedet indulgere querelis,  
 Et misere! lacrymas diffinire infi, quis?

A. Blyéburgius.

Tene

Tene ut ego vivam, valeamq; invisere Mares  
 Velle, ait, aeternis cincta caput tenebris?  
 Te sine ego vivam? mea LVX. sic vivere mors est,  
 Qui sine vita, mea vivere posse anima?  
 Tu mea sola anima es, tu spiritus, in te ego spiro.  
 Te nobis si demas, quid nisi funus ego?  
 Quid nisi funus ego? tecum nigra Tartara visum,  
 Regnaq; prob! nullus per via luminibus.  
 Inferni secum ad metuenda punita Reges  
 Lurida fatali per freta puppe uerchar.  
 At q; illuc pariter Rhadamanthi ad triste Tribunal  
 Ibimus, & pro te causam ego suscipiam.  
 Mulceboq; feram truculenti Indicis iram,  
 Plebemq; at q; Pastres in mea vota traham.  
 Tunc circum applaudet versuas genus omne anima  
 Ambiet & nostrum quisq; patrociniu<sup>m</sup>, maru,  
 Quin potius dum facias finire bilare in dñe dulca  
 Et mecum vita munera carpe brevis.  
 At q; animu<sup>m</sup> obfirma, mea LVX, nec sit tibi ramus  
 Assiduo in luctu degere, & in lachrymis.  
 Heu! nimis ad tristem facilis via datur mortis,  
 Difficile est refugio inde referre pedes!  
 Iam rabi<sup>m</sup> amq; adero Zephyris velocior ipsi,  
 Aer cascarpam iam duco Amore vici.  
 Iam novus apto humoris ceratus Dadalus alas,  
 Vel nothi forma aquile, vel mihi olorito crux.  
 En iam summa peto permici nubila nisu,  
 En iam pennato remigio astra terro.

O qua

O que letamanent, mea LVX, nos gaudia, qua tū  
 Delitiae nostros exsaturene oculos?  
 Que Veneris Charis esq; simul eam exanimatis  
 Sufficien<sup>t</sup> cupidis digna alimenta animis?  
 Quae non blandicias, qua non iam basa memore  
 Precepio varijs concinnata modis?  
 Tunc iuræ alloquijs solari incendia mentis,  
 Mutuam & ex ipso vulnera opem petero.  
 Tunc iuræ exhaustos una narrare labores,  
 Et culeam manim semper Amore fidem.  
 Et quies cyathus nostros restatus Amores  
 Detexit numero nomina nostra pari:  
 Et quies longias querula in suspiria noctes  
 Traximus, benuvanis penduli imagini bus.  
 Tunc simul & salij rixas ridebimus hirci,  
 At q̄ erit e nostris fabula nequissijs.

## Ad Fastiam.

Inuitus Charitum plenus, modicus quoq; risus,  
 Suggerit initio mel mihi, mox Aloën. Thesæus  
 Initio undantes ardoris mitigat astus,  
 Suscitas iniusta post modo nequitia.  
 Sepius binc vi sam fugio, latebrasq; requiro,  
 At retrahit subito me ad tua lumina Amor.  
 Hen! quid agam? crucior quā cernere talias est,  
 Hic magè quam cager, sed miser, esse procul.

Ad

## Ad Rosinam.

Melissus. Quando ego te deum posui carissimam quando.  
 Innubes thalamis bella, ROSINA, meis  
 Omnia nunc florent: ego marco. Ver nubis malas,  
 Cuncta licet mordi tempore Feris agere.  
 Aspice quam pulchris & amoenis vesperis horae.  
 Flora rosis, & quot grandia liliotis?  
 Inter mille rosas, & tanta milie, nec unica  
 Eheu! liliolum, nec mihi mala rosa est.  
 O sortem miseram! florem carpant Corydones.  
 Mi Rosa mali apto videt, hiens, catice.  
 Culpa tua est, o Flora. alijs ex proliga nascere.  
 Non querar, heu si tā paros noverca inhibet!

## Ad Candidum.

Veselius. Ergo de finitis micare ocellis?  
 Ergo de finitis tumere mammae?  
 Ista quis venuit rubore labrare?  
 Quis istas venuit gen. us rubore?  
 Vbi illa facile dura micante?  
 Ille ubi tumor est papillarum?  
 Vbi purpura qua genus sedebat?  
 Illa ubi rosa, qua labris nitebatur?  
 Febris pessima, sanguini fuga febris,  
 Tibi haec, CANDIDA, fastidit, mibiq;  
 Sic ut candida qua prius fuisti,

Inre

Inre pallida debeas vocari.  
 At vos, ô Medici, quibus quandois  
 Nos dat Inspiter, osiofusus sit.  
 Ferre pharmaca, quoque medique,  
 Mos est transuherc ulceris ab oris:  
 Ferre pixidas omnipium universas.  
 Ferre emplastica, ferre pastiones.  
 Clysteresq; balogq; cum trachicis.  
 Butyrumq; alunq; mello, fungo,  
 Gommi, lac, adipesq; caseumq;  
 Nec desit crocus, & fragrantiam suam:  
 Adsu thura, resaq; cinnamomumq;  
 Adsu deniq; quicquid nec caloreas.  
 Amissum dabit, aut dabitis exorem.  
 Quod si queritis istius laboris  
 Vobis premia que fuisse dicamus.  
 Primum hec gloria, lausq; magna vobis  
 Erit, pharmaca dum adueniuntur,  
 Vitam restituisse, & dubius.  
 Mille præcerea dabo Phaleucos,  
 Dabo mille elegosq; jambicosq;  
 Ut vos, quis miseros duos amaretis.  
 Mortis eripiuntis è barabro,  
 Viratis pariter labore amansum.  
 Rubris basia CANDIDA, a labellis,  
 Genis basia CANDIDA a rubellis,  
 Ferent singula funguli, ut rubetis  
 Arce vestra, operaq; resistenter.

ipse

*Ipsi commoda prima sensi artis.  
Vos primi tumidis manus papillis.  
Admovebitis, huic ut tumoris  
Arte vestra operaq; restituti,  
Ipsi commoda prima sensi artis.  
Quod si forte oculis fruvi velitis,  
Permitto id quoq;. Sed cayere, queso,  
Ne vos flammæ lumina ista fallant:  
Namq; in his habitant Venusq; Amorq;  
Et tela hinc iaciunt Venusq; Amorq;  
Nonne præmita digna, digna merces?*

*Ergo CANDIDA, nunc relinque lucidas,  
Et missas face taerij matones.  
Namq; b. ec omnia qua perisse credas,  
Certè non periere, sed peregrè  
Profeta, incipiente brevire curari.  
Certè restiui eido videbis  
Labellis, oculis, genis, papillis,  
Rosas, lumina, purparam, tumorem.*

**Suspirijs & Lachrymis suis mandat,  
ut lividum absentem adeant,  
orientq; ut ad cum tan-  
dem se deat.**

Andreli- *O iucunda mei suspiria nimbia cordis,  
nus. O larga ex oculis flumina lassam meis.  
Si qua movet poetas, tantum misera dolorem,  
Ista precor Domine ferre legendem.*

*Quem*

Quem tua iam faustum presentia fecit, eundem  
 Nunc absens miserum reddis Amica virum.  
 Pro dape vitali solo de pascitur imbre,  
 Saxaq; pro plumis mollibus aspra fouet.  
 Et versata carent optato corpora somno,  
 Anxia pro dulci cura quiete venit.  
 Deficit infelix vacuum tenuatus in umbram,  
 Nec nisi semper nec i est nomen in ore tuum.  
 Sit licet obscuram iam iam subiturus Avernum,  
 Surget ab aspectu protinus ille tuo:  
 Oraq; si fuerint vestris admota labellis,  
 Fortior intrabit membra refecta vigor.  
 Tu fernare potes miserum, tu perdere vatem,  
 Pendet ab adventu morsq; salusq; tuo.  
 Si velis illa libens rebus succurrere lapsis,  
 Ad mea precipiti tella redite gradu.  
 Vi redit optatas missas squando tabellas  
 Nuncius in lasso portat anhelus equo.  
 Vos ego tunc vellem celeres concendere currus,  
 Quos puer ignota frugifer arte tulit.  
 Quosue habuit fugiens volucres Medea dracones  
 Dum furit in proprium turba cruenta patre.  
 Rumpere sensu liquidum velocibus aera pennis,  
 Nuncius aethero quas Ione natus habet:  
 Dadalus aut quibus est caelo delatus ab alto  
 Crescens, fugeret cum ferar regna ducis.  
 Sic licet et cursus vento perniciose omni,  
 Visa erit una suo longior hora die.

69. MORTI AMORIS  
 Sitris tem avertat, visa seu Gorgone, vulnus,  
 Tunc mora propositum longa recordet iter.  
 Omnia concepiam ventura incerta. Puella  
 Et referet varios spesq; meritisq; modos.  
 Sed reor illa p's non aversata querelis,  
 Non dabit in celeres verba seduca' Natos.  
 Non banc Caucasea genuit sub rupe Leona,  
 Vbera nec sua plena dedere fera.  
 Lenior esse solet, Doloris quoque mitior ipsas:  
 Hac alit, hac vitam spes faverat via meam.  
 " Apta sed orantis discernit et tempora regibus:  
 " Non semper faciles cernimus esse Deos.  
 " Non nisi caueat in tranquillum nostra profundit  
 " Ut peragat cur sus tua carina fuis. (dum,  
 Heu, heu! plena damus vario mandata timore,  
 " Ipse vel in media pace timet ut amor.  
 Vos moneat series notarum immensa dolorum  
 " Doctior experio est qui si cauere male.

### Ad PLAXIOPEN.

Croesus. Ne saui, mea PLAXIOPEN, neve effera lenus  
 Vre mora hos artus, banc animam exanimem.  
 En ego flagrantemq; faces, strasq; favillas  
 Aeget anhelans i' vix revomo ex Anima;  
 Ut me dura Venus curvis exufit amaris;  
 Ut me non aqua fixit. Amor iaculo:  
 In cineres paulatim abeo, & languemibus eque

*Artibus ignescunt mī ossua, & arteria.*

*Hic scena in me agedum felicia sydera verte  
PLEXIOPE, ipsa tui sydera sunt oculi.*

*Verte oculos in me roscos, vultusq; loquaces.*

*Neme(oro)mea LVX fortius excrucia.*

*Efferat hos astusq; graues, irasq; minaces*

*Sinè magis Zephyrus, sinè magis Boreas.*

*Et mea pacatum labatur cymba per aquor:*

*Sentiat & solos Alcyonum gemitus.*

*Non ego iurat & detexi fædera noctis,*

*Furtag, vix ipsis cognita syderibus.*

*Non ego complexus molles, non mollia dixi*

*Oscula, non suetis raptam Animam è labijs;*

*In vicem anhelam animam raptam inter sedula*

*Sibila, & enerues illecebras Veneris. (lingua*

*Non ita felices sumus, paribusq; tathenis,*

*Et paribus nodis alliget Arsonoë)*

*Detexi blanda insana suspiria mentis,*

*Acriaq; immisisti iurgia blanditij.*

*A valeat quisquis certos eludit Amores,*

*Imponitq; ipsis retia virginibus.*

*Dè me latus amor spolijs exultat opimis,*

*Et titulum raporis explicat exhujs.*

*Ipse manus ferro supplex, & colla revinctas*

*Ecce triumphales eae hor ante rotas.*

*Perq; sinus tristes lacryma labuntur inanes,*

*Deq; oculos latè turbida manat Hyems.*

*At tu mendacis Fama, & livoris iniqui*

Vrantes

Vrentes aestus effuge, & insidiæas.

Mæres adhuc Phorcis simplex, ut filia Solis  
Infecit fluctus carmine ceruleos.

Hinc Cœlumq; ipsosq; Deos, & sydera Cali  
Glaucus inhumanis vocibus increpitat.

Miraturq; borretq; sua flarentia Nymphæ  
Pectora, & herentes ad femora hirta canes.

Hinc misera infozzo gemuit sub vulnera Procris  
Coniugis hamatis saucia missilibus.

Præbuit invidia facilem Pandionis aurem,  
Frondoso demens cum latuit nemore;

Et canis Icarius terras torrebat inertes;  
Vrebaturq; aquæ tūm & maria, & fluuios.

Aeolides mollis iuvenis stertebat in umbra  
In liquidi fontis margine gramineo.

Arcebat nimios Cali gelida unda calores,  
Blanda q; mobilibus aura crepans folij;.

Aura veni, blanda aura istis querupibus erras:  
Has habitas valles, hec habitas nemora.

Curre, sinus inquit properè & te confer in istos:  
En agedum amplexus pandimus, aura veni.

Sensit amans, sacros & suspiravit Amores,  
Inq; latens densis obstrepuit corylis.

At ratus esse feram lunato spicula cornu  
Vibrat, & incantam transadigit Cephalus.

Heu misera! heu rapta cecidit soror Orithyæ.  
Manere de charo saucia Erichthi iaces.

Infelix coniux Animam legit ore cruentam,

Iaffas

*Lacte & in suos impia verba Deos.*

*Hoc peperit fœti rabies, & rumor acerbus,*

*Quæq; feris zelo præpare credulitas.*

*Tu mea lymphæ & corporis nubila mentis*

*Exne, & implexi nequitas Animi.*

*Eccè tibi areæ pedes Animorumq; incensum, & ad*

*Ecce deficiens offero PLAXIOPA. (ustum,*

### Ad Deliam.

*Eben! DELIA, quid me miserum dura finis moris? Spinula.*

*Quid non exanimis te miseres, Delia, Publy?*

*Enflecent ferunt in tenebris me pluvie nigri,*

*En perterrefacit mortis imago (aspice) plurima,*

*Promissa heccinè sunt atq; mihi pacta rogo fides?*

*Tu sceli quoies: Ne lacrymis ora riges tua?*

*Dixi. Nam faciā: (crede mihi) qua cupis omnia.*

*Venios ferre finis (perfida) sed dicta tua omnia.*

### Ad ANTHIAM amicam quod soluerit fidem.

*Quod iuris simui, quod tu mihi sapè negafis;*

*Iam non ulcerius dissimilare potes.*

*Ipse ego, nec fallor, coram tua crimina vidi,*

*Et me (quod nolcam) perfida rea es.*

*Vidi ego, cum lauenis nocturno tempore furtivo*

*Me miserum! uestris prodycè foribus.*

O ego

U.

O ego non facinus spectarem impura nefandorum?

Quam mallem tracibus prada fuisse feris:  
Vel posuisse brevem properato funere vitam,

Vagitus primos cum tener ore dedit:  
Tunc perī infelix, tunc me dolor abstulit acer,

Tunc oculos satius non habuisse fuit.  
Quia & culpa mihi tua quo manifestior effet,

In medium haud dubitas profiluisse viam.  
Nec pudes egressum posita revocare lucerna,

Et longo ante fores ducere colloquio:  
Vix lasciva parans vulgato corpore quiescum,

Audeat hoc medio fornice Graia Lycē:  
Hac mihi non fringo, vos confira sydora testor,

Et vas cornigerē lumina clara Dæ.  
Quā me penē furor præceps rapere arma cœgit,

Et vestra finem tradere nequitia,  
Has pœnas violatus amor, Periura, perebat,

Et data per magnos fæderō cælicolas.  
Obstigit alma Venus cæptis, & sanguine vestro,

Passa pias non est me scelerare manus.  
Dum tamen accedo, pariter fugistis in ades,

Et posita increpuit ianua clausa sera.  
At mihi pulsanti, tēq; Impia, sepe vocant;

Nox est in multis per vigilata malis.  
Hac roties promissa fides? hac illa tuende,

Quam mihi iactabas, cura padicitia?  
Iurasi quoties nil meti tibi carthus esse?

Atque oculis semper preposuit et nos?

Nunc ego fallaces lachrymas, nunc, Improba, novi  
Carries de me conquererere prius.

Nunc ego nocturna memini discrimina rixa,  
Quaeis tua luxuries maxima causa fuit.

Quid faceres, mea si Tithonia cogeret etas  
Frigida languenti membra iaccere sru?

Vel quam te nobis pavida magis, rudemque solebas  
Fingere, nec clausas posse aperire fores?

Torqueor, atque diu seruisse fideliter uni  
Poenitet, ut post hac non mihi verba dabis.  
Sed monumenta tua levitatis, Acerba, perosus,  
Subducam turpi libera colla iugo.

Et quecunq[ue], tibi cecinerunt carmina laudes  
Inmerite, rapidis ignibus illa dabo.

Atque aliquid quoniam mihi semper amare necesse,  
Succedit regnis culta Puella tuis.

Digna erit illa meo fieri celeberrima versu,  
Huic omni vivam tempore charus ego.

Illic haren tem frustra revocabis amicum,  
Atque meam queres ipsa relict a fidem.

Nec te iam poterit quisquam sperare fidelem,  
Cum vulgata tua sit nota perfidia.

Quis locus, o Demens, nostri non plenus Amoris?  
ANTHIA quis nescit cuius amica fuit?

Posse putas alium fastus preferre tumentes?  
Cui tantum post hac chara futura viro es?

Quis canet hanc faciem, quam, cum foret obliterata  
Præposuis nivibus, purpureisq[ue] rosis? (fucis,

66. HORTI AMORIS  
Qua, nisi cum nostra perijſent lumina mente,  
Tunc penitus fuerat despicienda mihi.  
Nunc licet invenias, qui non tibi credere nolit,  
Nemo meam vincet longo in amore fidem.  
Hac tu debueras nugis præponere, & auro,  
In te aliquid recte si rationis erat.  
Si neq; nequitia, ncq; auaræ crimine mentis  
Impulsa, hac malles nobilis esse nota.  
At mihi crede: pios respectant Numinia amateis,  
Iusta nec incassum fundere vota sinunt.  
Tempus erit, cum te pigate solvisse carinam,  
Et levia incertis vela dedisse Notis.  
Nec secura mane: Superum si lentior ira est,  
Fænore tarda gravi pæna venire solet.  
Tu quoq; fortuna qui nunc meliore triumphas  
Æmule, disc meo cautior esse malo.  
At q; tibi hec eadem speres contingere posse,  
Cum periura semel ruperit illa fidem.

### De Amica Irata.

Sroza  
Pater.

Ecquis erit servi finis Mens anxia luctus?  
Tristis an eterni plena doloris eris?  
Semper an in lacrymis miseri versabimur ijsdc?  
Et nullum inveniet longa querela modum?  
Num mihi placandi superest spes ulla furoris?  
An magis illa meis crescat acerba malis?  
Summissus quoties veniam supplex q; rogavi,

Si

*Si quid liberius dicere visus eram?*

*Nam si non penitus culpa caret ausa puelle*

*Suspectam immeritò lingua notare fidem:*

*Qui mihi surripuit sensus, & talia iuravit*

*Credere, pricipium crimen Amoris erat.*

*Factamen impulerit nos huc temerarius error,*

*Verbaq; non sani pectoris exciderint:*

*Has meruit paenam meus immutabilis ardor?*

*Et qua spectas a est per duo lustra fides?*

*Menadas his potuit precibus placare furenteis,*

*Et magnum Pentheus conciliare Deum.*

*Vita nec infandos torrem misisset in ignes*

*Laturum nato tristia fata parens.*

*Ipsa immota tamen perstas velut aspera cautes,*

*Quae maris assiduas negligit alta minas.*

*Perstas, & immotis mea leto incendia vultu.*

*Spectas, in exitium scilicet orta meum.*

*Quis tam formosam, tam duram credere posset?*

*Sicne immortales concitar ira Deas?*

*Me miserum! toties gelidus præcordia sanguis.*

*Circuit, & soto corpore vita fugit,*

*Illius quoties cogor meminisse furoris,*

*Cum formidate frontis imago subit.*

*Nam modo vix dignata meos andire labores,*

*Rettulit bac tristi verba superba sono.*

*Si mens sana tibi, vel si pudor ullus inesset,*

*Debueras oculis te eripiisse meis.*

E ij

An

An me lethæo perfusam gurgite demens

Credis? & oblitum tot maledicta simul?

Sit tamen admissa quisquam, si iusta querela

In me causa tibi est, si mea laesa fides:

Hos male deuoue at fonti mihi lingua capillos,

Atq[ue] hac amissa lumina luce cadant.

Vel si te gravior, crudelis, pena invabit,

Devorer n[on] sœvis ipsa relicta feris.

Quid mirare meo vidiisse in limine quenquam?

Si pater assiduis non caret hospitibus:

Cum vaga seruorum manus h[ic], illuc q[ui]s recurset,

Sit q[ui]s ancillarum plurima turba domi?

Non tamen hac referto, quo nostri rursus amoris

Firmior insidieat, Perfidie, cura tibi:

Nec desertorem cupiam quod rursus amare,

Sed me ne tacitam criminata tanta premant.

Haud inopes adeò mentis sumus, ut tua nobis

Perfida non liceat noscere consilia.

Tu levior pennis, atque inconstantior aura,

Populeas vincis mobilitate comas.

In q[ui] novos properas saltus, veteres q[ui] relinquis,

Quodq[ue] doles fieri turpiter, ipse facis.

Fædera periurus sed si violare parabas,

Vt sic culparer, non ego digna fui.

Quod si commisso securus crimine gaudes,

Facta tamen vindicta punit iniqua DEVS.

Nunc factos alio gemitus, simulataq[ue] verba

Transfer, iam parta est altera Amica tibi.

Digni

Digna eris illa tuo fieri celeberrima versu,  
 Cui felix omni tempore charus eris.  
 At mea non adeo facies mutata senecta est,  
 Omnibus ut videar despicienda procis.  
 Et si fata iubent ut amem, non me tua posthac  
 Decipiet solitus improba lingua dolis.  
 Quam cupere nostri tibi nil placuisse, nec unquam  
 Me facilem votis exhibuisse tuis.  
 Illa ego tam penitus aboleri, Perfide, vellem,  
 Quam facile ex anima laberis ipse meo.  
 Mel lacryma, & ficti vultus corpore, tuisq;  
 Fraudibus elusa est credula simplicitas,  
 Vos natura malos levibus non aqua pueris  
 Instruxit varijs artibus, atq; dolis.  
 Phyllida Demophoon, & Colchida lusit Iason,  
 Flevit ad ultores sola Ariadna Deos.  
 Ardebat Circe, flagrabat amore Calypso,  
 Viraq; Dulichiam uidet abire ratem.  
 Ille etiam, sua quem pietas ad sydera tollit,  
 Ingratus Lybicum prodidit hospitium.  
 Talibus exemplis & que superaddere possem,  
 Ad mea debueram cautorior esse mala.  
 Sed vixit fate non evitabilis ordo,  
 Ex rara fortuna fors erat illa mea.  
 Qualibet istarum potuit defendere culpm;  
 Vivere raporis nomines uia fui,  
 Me neq; servides, nec præmia magna sequuntur,  
 Dicenti, aut fortia bellicafacta viri:

E iij      Sed

Sed levibus rugis tribuisse lubentius aureis,  
 Carmine dum celebrem me iuvat esse tuo.  
 Hac mihi grata fuit quondam (nūc vera negabo)  
 Gloria, dum nobis verus amicus eras.  
 Nunc tua me quoniam ventosa superbia temnit,  
 Damnam & infamis pagina plena nota:  
 Te, simul atq; tuos certum est odisse libellos,  
 E quibus ut tollas nomina nostra, velim.  
 Ut sis ipse tibi facias, quod sepe minaris,  
 Tanquam ego sum magna nobilis Iliade.  
 Et mea ne pateat magis imprudentia, si te  
 Imprimis talem semper amasse legar:  
 Accipe quae dederas meliori tempore dona,  
 Dum tibi sollicito maxima cura fui:  
 Haec mihi tu quondam invita conferre solebas,  
 Nunc tibi sum vialis, nunc & avara vocor.  
 Scis tamen a nobis hoc crimen abesse, nec unquam  
 Porrexii cupides in tua damna manus.  
 Scis etiam quoties Eriphyles munere capta  
 Impia damnarim facta lacente viro.  
 Nec minus ut iuvenu precibus, pretioq; repugnas,  
 Praetulerim multis, qui male dignus eras.  
 Non magis infelix Thisbe dilexit amantem,  
 Nec magis Evadne commoratura, virum.  
 Quam mali charas eras, veri cum signa caloris  
 Mutatusq; color, blandaq; verba dabant.  
 Tum quoq; si pro te iussissem posere vitam,  
 Nullum fugissens mortis adire genus.

*Nunc tamen inconstans, impura, & perfida dico:  
Et sonat ansa meas plurima rixa fores.*

*Deprensamq; Venus manifesto in criminе seruat,  
Et mea non ulli ianua clausa viro est.*

*Sic votis nanquam potiaris, ut omnia fingis,  
Hac ut parte meus flat sine labe pudor.*

*Atq; utinam de me ulterius nihil ipse tulisses  
ANTHIA, ne populo fabula nota foret.*

*Sed quid plura iuvat levibus iactare querelis?  
Illa ego sum, rea qua, te modo teste, fui.*

*I procul, atq; altam meliorem quare pueram,  
Nulla q; de hinc mecum sint tibi colloquia.*

*Dixit: & invitis tachrymis roravit ocellos,  
Fugit & averso mox inimica gradu.*

*Sepius & quamvis summissa voce rogarem,  
Haud facta est precibus mitior illa meis. (stat?*

*Hec! quid agam? quo me vertā? que spes mihi re-  
Quiducē paras tacitis Mens agitata malis?*

*Andax o nimium, & nimium temeraria lingua,  
Et semper Domino pernicioſa ſuo.*

*Nunquam igitur diſces freno parere? nec unquā,  
Verborum feruens impetus ille cader?*

*Ne tua me quoties furibunda insania laſit?  
Te proper quoties tristior illa fuit?*

*Pera licet fuerint, que nondum certa tenebas  
An mihi magnus erat conticuisse labor?*

*Hoc noſtras facere, & veteres feciffe puellas  
Qui neget, haud fame mentis habendus erit.*

E iiiij Anno

*Aut culpa caret, aut peccasse impunè licebit,*

*Cum similes lusus mille referre queat.*

*Quid tamen absoluī Domīna me ī indice prodest?*

*Et refuga ad solitum colla referre iugum?*

*Omnia sunt frustā, miserū namq; odis amanē,*

*Oderit ipsa licet, cogor amare tamen.*

*Quod si nec cælum, nec amaro terra dolori*

*Subuenit, & præceps fert mea verba Nōtus,*

*Præstat ut indomitos mors finiat ulla labores,*

*Quam toties illa non miserante mori.*

*Aude igiur manibus proprijs accersere fatā,*

*Et multa infelix effuge, TITI, mala.*

*Audiat extinctum primo, Crudelis, in euo,*

*Seq; tuæ causam noverit effigie necis.*

*Elatumq; thoro specula prospectet ab alta,*

*Cum tristes lachrymas, funera turbā dabit.*

*Illic indigno transfixum vulnere cernat,*

*Squalentemq; comam, pallidaq; ora notet.*

*Fotitan ex imo suspiria pectore ducet*

*Tristis, & ex oculis lucida gutta cadet.*

*Tunc iucunda tibi, si quid vaga sentiet umbra,*

*Mors erit, & grata sorte fruerē magis.*

*Sed potius dura: & fortunam vince ferendo,*

*“ Fortiter est virtus aspera queq; pati.*

*Sume animos, Dominamq; trucemal enire precādo.*

*Ne dubita, atque iterum, max iterumq; roga.*

*“ Corda puellarum subitas impellit, in iras.*

*“ Causa levis, parva conciliat q; moxa.*

*Ecce*

*Eccè favent dictis, plausumq; dedere columba.  
Haud frustra est: Pacis dat bona signa Venus.*

### Puellæ Allegoricum telum.

*Puella saxis durior,  
Me non amas? volo mori,  
Miserrimus finis meæ  
Vita laqueus erit mihi:  
Aut ab arce præceps decidam  
In puteum, vel Sagonam:  
Non sic fit. At mori lubet  
Telo manu quod altero:  
Cui dum incubo, præcordijs  
Etiam tuis infigam, ut sic  
Mecum simul mortem oppetas:  
Vindicta de te una hac mihi est.  
Age incubo, infigo simul  
Puella saxis durior.*

Girardus

### Ad Amicam Sphæricam.

*Si Phœcea fides, cor haud Pelasgum,  
Si crux melle prior, cupido recta,  
Si candens celebri foco voluntas,  
Si longus Labyrinthicae artis error,  
Si frontis tabula notata cura,  
Si singultibus intericta mi' vox,*

Moni-  
nus.

Sæ

Si terror Stygius, pudor rubescens,  
 Si pallor violis amore tinctus;  
 Si quid se prius intimis habere,  
 Si mergi lachrymis Symonideis,  
 Si suspiria corde ferre ab imo,  
 Si luctu furijs, Erynnē pasci,  
 Si flagrare procul, prope obrigere  
 Sunt causa ut peream dolis amoris,  
 Culpa, VIRGO, tua est, meumq; damnum.

## Puella Amatori.

Lotichi- Ah nimis infidum genus, & crudele virorum!  
 us. Sic igitur falli digna puella fui?  
 Mater, Io, si quid post fata novissima semis,  
 Qua mala, morte tua sola reticta fero?  
 Deseror infelix; alias monitura Puellas,  
 Non Iuvenum verbis semper inesse fidem.  
 Cui tamē has violas? cui sarta miserrima virgo?  
 An dabis hec illi munus? an ipsa geres?  
 In sola pectora fuga purgabis.  
 Sic olim de porosq; caprae,  
 Sic ceruus mita langum placet.

## Ad Thelesitam.

Si te habeo, xtralesinabhabeo mā, si te phare,  
 Te tunc sinabhabeo, mi THELESINA ha-  
 (bco.

## Ad Leuciām!

Quo magis sis fidias placidi via amoris,  
 Hoc magis insidias mas, periclerer Amor. Franchi-  
 Ille tuus latitans cum LEVITA, blandus ocellis,  
 In me mille iacit fidula, mille faces.  
 Ah! vici de vergo dolia dolosa operis,  
 Magna miseri facta gloria nulla Dei.

Quod dedecim tibi canit hyeme violaq;, rosfq;,  
 Res novares mira cibaria, visa tibi.  
 Define mirari Latia violaq;, rosfq;

Sava

*Sæva etiam Bruma sumpore procerinuit.  
Res nova res mira est his tempestatibus, vir et fons.*

*Quid tot in ore tuo belia misericordia rafistis?*

**LEVCIA.** scis quoties fuerint mihi praelia secum,

*Pax quoties, & quam nos agit avis Amoris?*

Sæpè fui vīctor, sum vīctus sāpē, dīclīps

*Et mihi sœpè manus, dñe sibi sœpè deest.*

*Verum post habitis cunctis delegeris studium*

*Omnibus, et eorum in nichil, quae in oris.*

## **And Hymerafin.**

*Quod vobis fratibus, eti, carissima, MATER, decori:  
In nave Choris est, in venus domu, raro.  
015)*

## Im Kataloge.

Politis  
mus..... *Lætior ut seruus protinus paribus inge-  
nus. Exult animo fororum exco senioce.  
Aurea Callista mea nuper demptu caminis  
Lamna reperi in fauulosis agne tremulis  
Pulchrior Eos ap Bosphorus omicratis,  
Bosphorus Iadix fœc ad amare Deum  
Sic mea frigidulo nuper languore soluta  
Purpurea LADKO e fulguras ornatiss,  
Aspice sydereis ut blandition arrider ecclitis,  
Vi q sub his genitius lampado piaffus Amor.  
Aureola*

*Aureola*

Aurum et ludent per lacrima colla capilli.  
 Quem in explicata fronte superbis bonis.  
 Quam tu mortale se fert quaque ora, mundusq;  
 O Super! amore Iovis dignior ultra horae?  
 Nunc lacryme, nunc ipsa iurant suspicim: sed te  
 Quam magè formosa es, nunc magè mortis ades.  
 Omnibus autem alijs nunc te quoq; pulchrior ipsa es,  
 Deg, avida voluer febre triumphat Amor.  
 Sed tamen post bac per tanto pericula formant  
 Quesaris, metam contigit illa suam.

Pulchrior esse ne quis, uel jo potes, equius est te.  
 Iam, LALAGB, nostris parcere luminibus.  
 Vix te, vix zalem ferimus: quod si auxeris illam,  
 Fiam ego qui nunc sicut nil nisi flamma, et mis.

### In Pucklam.

Nix ipsa es Virgo, & nive ludit lade, sed ante  
 Quam pereat candor, fac rigor ut pereat.

### Ad Clitiam.

Tu sine me, sine te nec possum vivere: nam tu .      Vulcius  
 Pars vita, at q; ego sum dimidiata tua.  
 Quicquid enim facio, sine te nihil esse putatur:  
 Hoc sine me vanum quicquid & ipsa facta.  
 Quod modicor sine te vanas vanescit in annas,  
 Illa etiam sine me qua me digere, ruunt.

Dissimile

Dissimulo ex neque a nostrum celare dolorum.  
 Fatus loquitur quicquid dissimulare volo.  
 Absentis cruciat Vultuum nomen amicæ,  
 Dissimulare volens dissimulare nequa.  
 Discriuox, laceror, morior, perimorq., premorq.,  
 Demere nec curas illa medela paret.  
 CLINIA sola potes tantum tenere dolorem,  
 Conveniens morbo nam medicina meo es.  
 Quod exanger, frangar, passar, doleamq., gemaq.,  
 Quod peream causa es CLINIA sola mihi.  
 Vis tibi, vis fatear verum mea CLINIA, mortis  
 Sola malis causa es, sola salutis eris.

\* \* \* \* \*

Cum vis difficilis, facilis mea CLINIA cum vis:  
 Cum volo te faciem, tu mihi difficilis.  
 Exposco, ipsa negas: cum non peto CLINIA, tradis.  
 Cum volo sis mitis, CLINIA, sava mihi es.  
 Rides, cum ploro: vigitas, cum dormio: faris,  
 Cum sacco: friges, cum tuus urit Amar.  
 Cum facis hac, simulo (dicis mea CLINIA) bellè:  
 " Namq. est prudentis dissimulare loco.  
 Sola es cum solo: te nunc, mea CLINIA, amore meo  
 Quid sine teste opus est dissimulare tuum?  
 \* \* \* \* \*

" Farina prostituit se se, que munera donas,  
 " Farina se vendat, que data dona capit.  
 " Munera nec vincas, nec vinci CLINIA poscas,  
 " Moribus his fies, costa Puella mihi.

Sola

Sola iaces, iaceo sotus quod CLINIA quare  
 Tu mibi das causam CLINIA, de q. ibi.  
 Metibi, te q. mibi iungans si Numina, tecum  
 Complebo vita tempora lata mea.

\* \* \* \* \*

Immeritum vexas cur CLINIA pectus amantis?  
 Nolle aut velle opus est te dare pacta mibi.  
 Venituram iuras, quoties te, Chara rogabo.

Dum rogo, dum clamo, CLINIA nulla venit.  
 Cur t' a fava mihi es, cū sim tibi CLINIA bladus?  
 Quod peto quid nō das CLINIA quod uere potes?  
 Constituis tempus nequequam CLINIA, certam  
 Constituisq. domum, constituisq. diem.  
 Cum frustra expecto, venias pec CLINIA, praefat  
 Promissas solum id quod potes ipsa dare.

\* \* \* \* \*

Cum lacrymis flamas cōpescam, CLINIA, anhelās,  
 Causa est, si ne scis, me rrus urit Amor.  
 Vivere nec possum post hac te sospite, sospes,  
 Gratia praesentem nū tua praesies opem.

\* \* \* \* \*

Si noſter quid possit Amor non CLINIA moſtrat,  
 Sed tegitur noceat ne mala lingua mihi.  
 Hunc precor extinctum necredas CLINIA: nāq.  
 Plus vivi latitans flamma caloris habet. " "

Inuituſperare factis, ſperando neceſſe eſt.  
 Multa pati, paſcere mode dieq. querere.

*At nulli questus possunt extinguere morbum,  
Casibus a tantiis nō revocare vales.*

\* \* \* \* \*

*Quid iactas tibi me vitam debere, Puella,  
Nil homini, at soli debo cuncta Deo.*

\* \* \* \* \*

*CLINIA, me bene amas, amor hic prae cordia pugit,  
Non me (ni bene amas CLINIA) purget amor.*

\* \* \* \* \*

*Stultus, & insanus quisquis sit, creditur ille  
Qui studuit nostram dissociare fidem.  
Sive fuit Gallus seu Hispanus, sive Britannus,  
Stultus, & insanus, vel puto nullus homo est.*

\* \* \* \* \*

*Deficiunt vires, neglego dormire: quid obstat?  
Avulsi nam te sensi abesse meo.*

“ \* \* \* \* \*  
*Qui cessare potest amor est mea CLINIA, fictus.  
Nam cessat nunquam qui bene caput Amor.*

### In Ruffam.

*Ut teipsum serues, me ipsum vis perdere, qui te  
Hoc docuit, docuit perdere, RVPPA, duos.*

### Ad Fusiam.

*Tempus eras, quo sola mihi tua forma placeras,  
Preforri & posceres nulla Puella tibi.*

*Tempus*

*Tempus adest quo sola mihi tua displiceret etas,  
Postponi atq; tibi fæmina nulla potest.  
Tempus erit, quo talis ero: nam labitur hora.  
Tumq; iterum dicam: IULIA sola places.*

### Clinia de seipsa.

*Cur visio vertis, quoties irasceris, istud,  
Quod non ingenuo sum patre nata tibi?  
Haud habeam licet ornatos, clarosq; parentes,  
Obieciet sordes, crimina nemo mihi.  
Rustica sum fateor, sed vita, & pectore clara,  
Atq; anima in puro corpore pura meo est.*

### Responsio ad Basia.

*Non quod basia laferint proterva  
Oris me cupidi, ut putas, amanti  
Irascor: quoniam labella nullo  
Cum damno teneri queant pudoris  
Iungi, jungere cur neget Puella,  
Durus durior ut fuas Sabinis?  
Verum te cum ita suaviatione  
Affici aspicarem, ut necis subires  
Discrimen dolui: tueq; prorsus  
Morti mors geminata nostra iam iam  
Foret, ni retrahens labella, vitam  
Mox tibi superesse comperissim.*

Tosca-  
nas.

I

Ergo

Digitized by Google

Ergò cur iterum suaviari  
 Gestis? quod vè parùm priùs patratum  
 Sit nobis sceleris, nisi ampliore  
 Id porrò scelere expietur? an fors  
 Ut quem seminecem modò querebar,  
 Hunc ipsum labijs meis trucidem?

## Alia.

Si mortem concessa ferunt, vitamq; negata,  
 Illità quìr sèva basia morte cupis?  
 Si te seminecem ingemui, tibi dura parari  
 Fata meis labris qua ratione petis?  
 Oscula ferre igitur vel disce salubritèr, aut me  
 Ferre tua titulum desine velle necis.  
 Hocq; precor patiāre, ut si non integra cura  
 Est tua vita'tib; si mea fama mihi.  
 Deniq; me rigidam quantumvis argue, dum nil  
 Sit magis hac nostra tetricitate pium.

## Ad Gelonidem.

Macti-nus.

Princeps Iuliadum iuvencularum  
 Mansuetudine, castitate, forma;  
 Verna floridior, GELONI, caltha.  
 Mollis mollior, anseris medulla,  
 Cui cedat favus Atticus, liquorq;  
 Is quem Trinacia tulere canna,  
 Et si dulcè magis quid esse possit.  
 Cur non, ô me.i, nunc susurro tecum  
 Secreto laris angulo paterni,

Cax

Cur non turgidula insero mamilla  
 Furtivamq; manum, de osculor q;  
 Tinctas Sidonio rubore malas.  
 Rixoso & tua dente colla signo?  
 Cur non quod Cypris occupo, suadet?  
 Hac nunc si facerem beatus esset:  
 Sed fortuna meis iniqua votis  
 Has ad, mastum animi, retrusit oras  
 Extremi Oceani, asq; Galliarum;  
 Vnus nè fierem, beatorum,  
 Essem si assidue, GELONI, tecum.

\* \* \*

Si formosior esset inter omnes  
 Dives Gallia quas habet puellas,  
 Si te mundior, elegancior q;  
 Ignosci mihi iure posset, illam  
 Sectanti, vehementiusq; amanti  
 Velte poshabita. Sed ipsa cum sis  
 Formosissima, & elegantiarum  
 Refertissima, præq; munda cunctis  
 Dives Gallia quas habet Puellas,  
 Ignosci mihi non deceret, ullam  
 Si te poshabita GELONI amarem.

\* \* \*

Filo corporis elegantiore  
 Aequales superans GELONI, cuius  
 Cervix florida, cuius ora, cuius  
 Occulta in tenero sinu mamille

I y

Vincunt

Digitized by Google

Vincunt Indicum ebur, nivesq; puras,  
 Et marmor Parium, & ligustra verna, &  
 Nondum lilia macerata Sole:  
 Ecquando tibi solus ipse soli  
 Sugam florem anime suavioris?  
 Ecquando oscula mollicella figam  
 Iстis purpureis tuis labellis,  
 Collium mordicis impetensq; ludam?  
 Has fac delicias GELONI mecum:  
 Redde & suaviolis tuis beatum,  
 Quantum qui potè plurimum te amantem.

\* \* \*

Defissus astug, & levium canum  
 Actus citato corniger impetu  
 Non cervus ad fontes aquarum  
 Sic gelidosq; lacus anhelat,  
 Ad suavitates ut mea lux tuas  
 Ardens anhelo, dulcianq; oscula, &  
 Quos tinxit illectrix abunde  
 Melle suo Cytherealus sus.  
 Toto viderur hora brevis die  
 Et mensis anno longior, at dies  
 (Tecum ipse si vivam modo) hora,  
 Mense etiam brevior sit annus.  
 Illum superba maneat vices  
 Quicunq; nostris durus amoribus  
 Obsistit, amplexusq; nobis  
 Invidet usq; adeò expertos.

*Illum Leane crediderim trucis*

*Lacte educatum, aut tigridis aspera,  
Gustasse nec fructus beatos  
Comiugij genialis unquam.*

*Calfacta qui sic pectora matuis*

*Flammis, molesta discriuat mora.  
Curas vicissim conferendi  
Delicijq; fruendi amatis.*

\* \* \*

*Crinibus flavis speciosa virgo,*

*Illices cuius moveant ocelli*

*Et satum Agida Iuvenem & severum  
Bellorophontem.*

*Cateris comis, nec iniqua morum*

*Melle perfusis & amanda verbis*

*Si sales quando libuit dicaci*

*Spargere lingua.*

*Dura, quid soli mihi, contumaxq;*

*Contrahis frontem, neq; voce blanda*

*Excipis tecum misere ambientem*

*Sapè iocari?*

*Seù preces surda Venus aure nostras*

*Præterit, seù sic statuere primū*

*Fata nascenti, nec amica fulgente*

*Astra Poeta.*

*Tu mibi maior Venere atq; Fatis,*

133.

Igne

*Igne natali potior ḡ, virgo,  
Verte & astrorum seriem & minaces  
Argue Divos.*

*Qui tua afflictus iaceo repulsa; &  
Aspero fastu refici vel uno  
Oris aspectu potero, & serene  
Lumine frontis.*

*Spretus extemplo moriar, nec isti  
Longum ero, infelix, odio superstes:  
Et scient Manes, sciet ima furui  
Aula tyranni*

*Mortis indigno mihi te esse causam,  
Vindicat lesos locus ille amantes,  
Belidum testis labor, & fugacis  
Dotia Lymphae.*

### Ad Margarin.

*Muretus Cum pluit, & radios Phœbus cum subtrahit orbi,  
Tum sanc̄ mæstus quilibet esse solet.  
Ne mirere igitur si sim mea MARGARI tristis:  
Ecce pluo lacrymas, tu mihi Phœbus abes.*

### Ad Amicam.

*Ducchus Me tibi concessi totum, n̄i pauca rogant̄  
Abnueres, tamen hac, improba, pauca negas.  
Vel mihi reddas, vel præstes pauca necesse est,  
Me*

*Me retinens totum tu mibi parca dabis.*

### Ad Clytiam.

*Suaviola & violas labris manibusq; dedisti,  
Suaviolis odor est, qualis & est violis.*

Forcatu-  
lus.

### Sylvanus ad Sylviam.

*Sic formosa meis placuisti, SYLVIA, ocellis:  
Sic nostra immixta pectora carpit Amor,  
Ut dumeta placent nostris, saliceq; capillis:  
Ut cupida & mollis gramina carpit ovis.  
Sic os, sic oculi fures, sic dulce labellum;  
Sic dens candidulus, sic gena pulchra capit:  
Ut viscum turdos, ut lenti retia casses  
Et captant volucres, decipiuntq; feras.  
Sic animum incantum facies spectata fefellit,  
Sic forma est oculis insidiata meis.  
Ut turmas avium incutas mala fistula fallit,  
Ut lupus impatiens insidiatur ovi;  
Sic facibus saevis uruntur pectora amoris,  
Sic cor missilibus tunditur usq; meum.  
Ut vidi stipulas flammis crepitantibus ura,  
Atq; humiles tundi grandine sapè casus.*

Euange-  
lista.

\* \* \*

*Vita fugit celeri labuntur tempora cursit,  
Et properat tacito Mors inopina pede.*

I iiii Forma

*Forma peris, formeḡ decu? quiq̄ aureus olim  
 Crinis erat canum fada senecta facis.  
 Dum sinit ergo etas mollis, viridisq; Iuventa,  
 Dumq; places, Veneris gaudia leta cape.*

Villeæ Puellæ,  
 Mutuus Amor.

*Tu me semper amas, te VILLEA semper amabo.  
 Ingratus si non, quisquis amat, amat.*

Puellæ suæ  
 Amoris flagrantia.

*Me tuus erit Amor, misero quid restat amanti?  
 Gutta veni: totus, sin minus, ignis ero.*

Puelliæ inexorabili.

*Si tua de veteri penetralia movero sede,  
 Atq; tuam tantam vicero duritiam.  
 Expugnasse ego me vel ahenea mœnia dicam,  
 Et Iovis auris pluas arripuisse dolos.*

Ad Iuliam.

Gyral-  
dus.

*Non mihi si tec sine oculis quot sydera caelo,*

*Qua*

*Quæ tibi cunqu, insunt IULIA perspiciam:  
Ergo nil mirum, si non sint lumina tantum  
Bina satis, quo te plenè ego perspiciam.*

### Ad Lesbiam.

*Si tot me iaculis figis, tot qu, ignibus uris,  
Nominе vix solo LESBIA nota mihi:  
Quos ignes patiar, quæ spicula, LESBIA, si in me  
Convertas oculos, sydera clara, tuos?  
Igenis ero totus, totus comburar: ero qu,  
Qui modo vir fueram, pulvis & aura levius.*

### Ad Deliam.

*DELIЯ dic per almam  
Cypriā queso properas perdere quid amantē? Spinula.  
Cur patere in tenebris  
Ianitorem qu, antē fores, Dura, nigros sedere?  
Ne, Venas è decora,  
Desinamus iungere dum fata sinūt, Amores.  
Effera mors tenebris  
Iam caput cacis veniet, nocte qu, operta, utrūque,  
Talia cum pudebit  
Hec sequi, cano capisi & blandicias referre.  
Nunc leuis est amanda,  
Nunc Venus tractanda, sed huc! dispereo Pu-  
Tu nisi me gemetrem (ella.  
Audias*

*Andias Eurirabies quem ferit & procella.  
Tempus erit, cadenti  
Cum voles frustrà dare quam dura negas, sa-  
(luteum.)*

## Ad Aeglen.

Sanna-  
zianus. *Si tibi sum Phæbus, si sum tibi Iuppiter EGLE:  
Cur tu non Daphne, sis mihi, non Danaë?*

\* \* \*

*Absentem queris, presentem despicias EGLE,  
Non redamas, sed me vis in Amore mori.*

## Ad Catarinam.

Gouinea-  
nus. *Parce mihi, si quid mirari debeo, miror:  
Amoq; officij oblitus mei.  
Et facies: siquidem nulli fas dicere, sisne  
Divinior aut humanior.*

\* \* \*

*Sepius ardenti per laudes ire tuorum,  
Per q; tuas, titubat si, CATHARINA, manus,  
Culpa tua est: si qua esse potest in nomine culpa:  
Ingenium vari furripis omne tuo.*

\* \* \*

*Vincis me ingenio, lepore, forma,  
Vincis nobilitate, vincis omnes  
Virtutum genere omnium optimarum:  
Vincis non nego, nec negare possum:*

*Ignorant*

*Ignoram sed Amor meus, fidesq;  
Vinci, & sola movent rebellionem.*

*Te primum ut vidi magnorum munere Divum,  
Quarebas nomen dissimulare tuum.  
Ast amor auriculam (subito miseratus amantem)  
Vellit, & admonuit nominis ipse tui.  
Hæsi equidem, obtutum longèm defixus in unum,  
Deceptus tanquam, sustinuit fidem.  
Quid dubitas? ait ille. Deo crede, Impie, crede.  
Huic ego contrà, hominis nomen habere Deam?  
Tū dabo pro xenijs tibi me, CATHARINA lubeter,  
Reddideris postquam me CATHARINA mihi.*

### Ad Lesbiam.

*Puberibus caulem folijs nova purpura tinxit  
Dum mordent gelida culta roseta nives.  
Adventu ille tuo se se extulit: & tibi vernante  
Frigora dulce mei, LESBIA, ver animi.*

Amal-  
thæus.

### Ad Lycinnam.

*Cur ah! cur teneris deiecta est forma labellis?  
Cur roseus niveo decidit ore color?  
Siccine frigidulae vento obriguere papillæ?  
Siccine te, mea LVX, dura momordit hyems?  
Parce via, & nigro Boreas dum turbine terras*

Perflat

Digitized by Google

Perflat, in amplexus curre, LYCI NNA, meos.  
 At tibi seve Aquilo, qui tam formosa labella,  
 Quisq; sinum posuisti urere lucidulum,  
 Et dilecta suos neget Orychya lacertos,  
 Vrgeat & pennas tarda pruina tuas.

## In Prillam.

O ego, dum nitidos erras mea, PRILLA, per hortos,  
 Quam vellem rutilæ flos novus esse rosa:  
 Qui scù virgineo decerptus mollis èr unque,  
 Ornarem Ambrosia florida sert a come:  
 Sive sinum & roseas perfunderemo dore papillas,  
 Afferrem tacitas undiq; blanditias.  
 Enosiaq; ut quondam stellis illata Corona est,  
 Et Beronicæ verticis exuvie:  
 Sic iam aliquis forsan felici lumine cum me  
 Linqueret aridulis forma cadens folijs,  
 Observans cœlo fulgentem, astrisq; micantem,  
 Diceret ipsa suum sydera habere rosam.

## Suæ Veneri.

Tebal-  
deus.

Cur toties privat toties spe nutrit amantem  
 Fæmina? & instabili semper ab ore rotor?  
 Pascitur illa meo interitu, cumq; ipse revixi  
 Spe data, & illa illam mox rapit ut peream.  
 Sed toties, Formosa, mori gratissimum amati est,

Dum

Dum toties revoces spe, quoties perco.

\* \* \*

Do vitam, qui sum sine vita: qua sine flamma,  
Das flamas. illo, quod das usque caret.

### Ad Ligdam.

Spermis Amor leges, Nox est ignara pudoris,  
Nec metuit Bacchus, tres mihi sunt comites.  
Lege, pudore, metu careo; in tua limina LIGDA,  
Coniurant pariter, Nox, Amor, & Bramius:

Non posse se oblivisci suæ Veneris.

No possem audire, aut possem assimilanda videre  
Vnde meo sensim, pectore decideres.

Appuleram miser huc, ubi nil nisi sola pruina est:  
Sed quoque sola, tibi quo similetur, habes.

Ipsa es spectanti mihi candida, candida & ista est:  
Frigore & ipse riges, frigore & ista riget.

Frigida sis sed & ipsa licet, tamen uris amantem:  
Frigore me semper congelat ista suo.

Ab! quoties a te falli, Peritura, volebam,  
Ab! quoties falso te reor esse meam.

Ambae estis similes. istam ut reor ipse tenere,  
Solvitur, & nostris effluit e digitis.

### Ad Lycorim.

Es formosa satis, fac sis modo casta LYCORI;

Scobens

Hac

Digitized by Google

*Hac mihi praeipue dore puella placet.*

Colloquium  
Daphnidis & Puellæ.

Daphnis.

Hessus. *Feretur amas Helenam Paris abduxisse Lacanam.  
Pastor & ipse boum, sed me formosior illa  
Plus amat hac Helene, qui sum formosior illo.*

Puella.

*Nè verò Satyrisce tume, quia pauca tulisti  
Quæ nihil ad votum iactantibus oscula prosum.*

Daphnis.

*Vana licet fuerint, dulcis tamen ipsa voluptas  
Oscula consequitur, cupidosq; oblectat amantes.*

Puella,

*Quid: nisi quod liquido simul os in fonte lavaro  
Despuo ab invitis que tu rapis oscula labris.*

Daphnis.

*Perge lava, dum quò magis os, Formosa, lavabis;  
Hoc magis ipse mihi suavissima basia sumam.*

Puella.

*Oscula quin melius nostris dabis, Improbe, vaccis,  
Quam mihi, virginis vernanti in flore pudoris.*

Daphnis.

*Nè verò, nè virgo tume, nè stulta superbi  
“ Quam citò discussa vaga somnia nocte feruntur,  
Quam*

*Quam citò demissit, quò floruit, uva vigorem,,  
 Quam rosa sicca persit, tam flos cadet ille iuvat:,,  
 Quin magis huc gratia ubi nos oleaster inumbrat  
 Frondibus, huc concede, tibi ut nova dulcia narrē.*

Puella.

*Nō sequar ipsa, voces licet Improbe, namq; recor-  
 Ante quoq; elusam fallacis carmine lingue. (dor  
 Daphnis.*

*Sed ramen has mecum virides concede sub ulmos  
 Vi tibi virginas mea fistula mulceat aures.*

Puella.

*Quia potius propriam oblectet tibi fistula mente  
 Nam me nulla invat qua sit dolitura voluptas. ,,*

Daphnis.

*Eheu! quin Venerem meam, solet illa superbas  
 Vlscisci, ingrata nec virginitate moveretur.*

Puella.

*Nil tecum mihi blanda Venus, Cytherea valeto:  
 Dam mihi casta suum servet Diana favorem.*

Daphnis.

*Talibus adde modum verbis, nè Diva furorem  
 In te acuat, laqueoq; premat tua colla superbo.*

Puella.

*Vi volet injiciat, laqueos mihi, dummodo salvam  
 Me volet, & castū mihi Cynthia servet honorē.  
 Ne cōtinge manus quam non decet improbe, nè dū  
 Vim facis, ungue cornas vellam tibi, & ungue cru-  
 entem.*

Daphnis.

Daphnis.

*Quo fugis optandumne etiam aversaris Amore?*  
*Iamdudum quem non aliqua fugere puella?*

Puella.

*Pana per & Nymphas fugio, nā rusticus ipse es,*  
*Curuaq; depresso versas iuga semper aratri.*

Daphnis.

*Atqui non modicus timor est ne forte Cupido*  
*Perior te indigna viro per fædera iungat.*

Puella.

*Multi sepè meos Iuvenum petiere, Hymeneos,*  
*Nullius ipsa tamen precibus, pretiore movebar.*

Daphnis.

*Ipse quoq; è multis & non indignus amari*  
*Te mihi legitimi sociam peto iungere lecti.*

Puella.

*Ut faciam quæ vis, dolor hoc mea vota sequetur,*  
*Quando alia multos nuptæ sensere dolores.*

Daphnis.

*“ Nunquam felices Hymeneos ulla sequuntur est*

*“ Tristitia, at veniens per gaudia multa voluptas.*

Puella.

*Sed nupta timuere viros, semper q; quod aiunt,*  
*Coguntur misera Dominis servire maritis.*

Daphnis.

*Quin potius, (quid enī, vel quos metuisse putandū)*  
*Multo iure viris dominatur amatibus ipse. (est?)*

Puella.

Puella.

*At partum metuo, nimios habet ille dolores:  
Partus lucifuge ete gravis I lithyij. e.*

Daphnis.

*At regina tua est nemorum Latonia custos,  
Que placata suo parientes munere servas.*

Puella.

*Sed metuo, quia que pariant, ut sepe videntur  
Vravacem succo perdunt fugiente colorem.*

Daphnis.

*Sed si que paries charissima pignora fient,  
Luce nova bonus ille color tua lumina pascet.*

Puella.

*Forfui ne amnueri, qua mpream dose rependas,  
Qua nostros aquet digna mercede Hymenaeos?*

Daphnis.

*Pascuareta feres, tota hec armenta zenebis  
Qua circum tota regione errantia pascunt.*

Puella.

*Nunc igitur ira ne post nova fædera lecti  
Descriuisse velis, te non tua dona sequutam.*

Daphnis.

*Vi pia fibricole faveant mihi numina Panos  
Non enim si me tota iam memine sequaris.*

Puella.

*Ergo mihi gratamq; domum, gratumq; cubile  
Clementerq; paras nostris stabula alta capelliss?*

Daphnis.

*Te dignos thalamos, gratumq; cubilo parbo,  
Quasq; vides pulchre, mea sum huiusmodia carde.*

Puella.

*Sed pater est laoris ero confectus ab annis,  
Huc ego quid dicam? quo factū nomine purgem.*

Daphnis.

*Nec dubita factum tota ratione probabit;  
Nomen ubi audierit nostrū specimenq; paternū.*

Puella.

*Adeo igitur, quod nōmē habes? genus ādō paternū  
Sit tibi? nam quedā est in nomine sapientias.*

Daphnis.

*Daphnis ego: Lycidas pater est mihi, matre Ne-  
Haad quaque obscuris natalibus editus, ipsa (nra,  
Indole te generi, supero, que patre Menalca  
Prodita, non adēo virtute excellis quisca.*

Puella.

*Quas numerosa tibipascunt armēta per berbas,  
Quae sylue regione senes in montibus agnes?*

Daphnis.

*Huc ades, en florent densa sub fronde cupressi.  
Letabes interea deponere gramina lassimā.  
Rodite nunc frondosa me a dumeta capella,  
Dum loca demonstro nemorum secreta Puelle.*

Puella.

*Quid facis o Satyrisce? quid has, insensu, popillus  
Correctas? casto quas cogit fibula nexu?*

Daphnis

Daphnis.

*Prima hac vere suo ceu pubescens mala  
Hic animus miro cognoscere gestis amore.*

Puella.

*Obstapeo, acq; omnes gelidus timor occupat artus,  
Tector Pana: manus procul hoc a corpore tollit.*

Daphnis.

*Same animos cur sic metnis? ceu mente labores,  
Non est cur fugias tibi gaudia blanda ferentem.*

Puella.

*Verum age, ne dum me loca sordida in ista reclines,  
Commacules pulcas immundo in pulvere veste.*

Daphnis.

*Hoc tua sub sternam tenerum sub corpora vellus.  
Ne tua sub tergo maculemur peplo supino.*

Puella.

*Ehens! hanc etiam quod parvam Daphni relegas?  
Cur abiit? quod me trahis Improbe? quid versus resol-*

Daphnis.

*Has ego primitias Veneri gratissima solvo  
Manera, & hoc illa debemus nunc amantes.*

Puella.

*Daphni mane, nisi vana meas vox fertur ad au-  
tā veniet qui nos deprēdet, & omnia turbet. (res,*

Daphnis.

*Oscula, concubitusq; duas virides Cyparissi  
Alternante vicem sonitu ceu voce loquantur.*

K y Q u i n

Puella.

*Quin reficias, quam rupisti mihi; Perfide, vestem  
Quippe damū nudā puderet & sine veste reverti.  
Daphnis.*

*Quam tibi disruptam quereris meliore rependam  
Vestem tuam, cultusq; volens ornabo decenti.*

Puella.

*Omnia promitis propria mihi munera lingua,  
Post paulo fragili non dignatur salillo.*

Daphnis.

*Imō etiam, si largiri tibi talia possim,  
Hanc animam grato cupiens pro munere falkent.*

Puella.

*Parce precor Dea, ne favi Latonia virgo.*

Daphnis.

*Mitte Deam, nupta tibi non favet amplius illa.*

Puella.

*Nunc vitula faciam qui me fibi subdit amans  
Eximumq; bovem Veneri mactabo marite,*

*Quādō huc perueni thalami sive crimine virgo*

*Hinc abeo casti violata flare pudoris.*

## Ad Lippam Bonus.

Spinula. **LIPPA** nimis frigent, queis nos ramen ipsa petisti  
*Heu! calidat minium sensimus esse nives.*

Lippæ respōsum.

**NON BONE** quippe nives calide Formose fuerūt,  
*Sed*

Sed te ardenti urit, meq; Cupido facit.

Bonus.

Quae dat ager poma hic præcox, victua quod illi es  
Solumibi LIPPA, tuli cocta calore tuo.

Lippa.

Lata tuo poma haud nostro sunt cocta calore:

Sis mihi tu Phœbus, sumq; ego Luna tibi.

Bonus.

Lux mea quid cœlū spectas? siam ut tibi Olympus,  
Innumeris quo te luminibus videam?

Lippa.

O utinam faciant oculos me numina totam,

Vt pulchrum intento lumine te videam.

Bonus.

Heu mihi! fallaci protemeq; LIPPA, per urbem

In subrium magnam fabula quanta fui.

Lippa.

Heu mihi! quā nocuit BONVS hac per quē malum

Immensa de me rumor in urbe fuit. (ufq;

Bonus.

LIPPA erat his oculis magè charaxat rēfimus illā

Continuè, postquam sensimus esse lupam.

Lippæ responsum.

Charior bis oculis mihi eras, RONE, rēfimus ipſū

Continuè, postquam sensimus esse malum.

Clinia loquitur.

In nos veredam, v. v. et x. i. x. àndide vulcum: Vulcinius

K iij

Vulcum

*Vultum, qui nostris est medicina malis.  
Aspice languentem, morientem cerne puellam,  
Quam medicina nequit, tu relevare poses.  
VULTEI fer operm, sua te charissima poscit,  
Ni favcas, languens & premor & perimor.*



## VII.

## DE VITA, FIDELI-

tate, & miseria sua.

Ad Cædiam.

Angeti. *Quid mihi barbarica si miscent pralia carna;  
anus. Meret & creptis Ausonis ora banis?  
Quid mihi si dira descendunt grandine nimbis?  
Vstulat & cultos Sirius acer agros?*  
*Quid mihi si pereant homines, armata, gregesque?  
Insidet & siccis fauibus atra fames?  
Quid mihi si regnans Reges, lassantur & ipsi?  
Vndit & elatos purpura lati duces?  
Quid mihi si totus cum terra corruit asher?  
Sorbis & erectas mobilis undas annus?*

Hec

Hec mihi cura: rosis & cingere tempore nubilo,  
Et curas malo delapidare meto.

Hec mihi cura:comes, & barbam singere succo  
Assirio, & dulces sortitumare iocos.

Hec mihi cura: dies albo numerare lapillo,  
Lassagá, composito membra foveare toro.

Hec mihi cura: novem camix celebrare Sorores,  
Dulciter & curva plorare mouere Lyre.

Hec mihi cura: tuas tibi semper dicere laudes  
O Diva, & valvis semper amare nos.

### Ad Netram.

Rogas quae mea vita sit, NEERA,

Mauditas

Qualem scilicet ipse das amari, est.

Infelix, misera, inquietus, molesta:

Aut si triste magis potest quid esse.

Hec est quam mihi das, NEERA, VIXAM.

Qui(dicis) comites? dolor, quecre,

Lamentatio, lachryma perennes,

Langor, anxietas, amaritudo:

Aut si triste magis potest quid esse.

Hos tu das comites, NEERA, VIXA.

\* Non tot Attica mella, ligatus abgas

Montes robera, ver habet colores.

Non tot tristis hymns xiges pruinis,

Anxiamus gravidis sumet sacra min-

K iiiij

Non

Non tot pīcula Medicis pharetris,  
 Non tot signa micant tacentē nocte,  
 Non tot aquora pīcibus nascantur,  
 Non aēr tot aves habet serenus,  
 Non tot Oceano moventur undae,  
 Non tantus numerus Lybīssa arena:  
 Quot suspiria, quot Neara, pro te  
 Vesanos patior die dolores.

## De Lygida.

Rigna. Phæbo radio magis  
 Splendens lux nitidissima,  
 O sydere pulcior  
 Pulchra Cypridis alma.  
 Si tu me semel inspicis,  
 Nec turbata, nec impia,  
 Me mox nulla venefica  
 Diro carmine perdet:  
 Non merces Arabum soli,  
 Non vasti maris insula,  
 Quam nuper petiit Liger  
 Casu puppe fugata:  
 Non quicquid legit arida  
 Messum campus Appulse:  
 Non quicquid Tagus aurea  
 Circumvolvit arena.  
 Me sic his opibus suis

*Dixarent veluti tui*

*Misentes ocali inbar*

*Nostris, LYGIDA, amitum.*

*Quae fingo mihi somnia?*

*Retro curret aqua prius*

*Xanthus, terra q̄, purior*

*Supremis erit aq̄ris.*

*Ez Manes ego trans Stiga*

*Cogar visere, & artibus*

*Fractis undiq̄, vix ero*

*Atra pulveris umbra:*

*Quam quod luminibus tuis*

*Tu lux me miserum bees:*

*Quam quod sis mihi tempore*

*Vlo LYGIDA amica.*

*Me verò crucies licet,*

*Nanquam dimovear, neq;*

*Si veritas etiam Dei*

*In me fulmina Lemni.*

*Nam sum marmore firmior,*

*Et quovis scopulo feris*

*Decerato Aquilonibus,*

*Cælo cum furit axis.*

*Nam hac sunt fulmina dulcia,*

*Sunt hac dulcia vulnera,*

*Dulcis durities tua,*

*Iracundia dulcis.*

*Sunt dulces genitus meti,*

*Et*

*Et dulces querimonia,  
Et dulces lacryma, quibus,  
Ipse est dulcis amator.*

### Ad Martiam Bocontiam.

*Cum sit Acidalia facies, & tēsḡ Miseriae,  
Et laconigena pectora casta Dei:  
Cur tibi Mars tribuit speciosum MARCIA nomē?  
An contrā quod me tam fera bella facis?  
Bella facis, faciasq̄ licet: tibi dedita servit.  
Mens tamen, & duros services ad cineres.  
Quod si quis misero post funera sensus amoris est,  
Tunc quoq̄ amet valens ossēa forma tuos.*

### Ad Nearam.

*Istravī fore me tuam percōne  
Per me, per caput hoc, per bos ac celos.  
Qui te disperiere coquendo  
Per quod plurima cor talis dolenda.  
Hec inquis mea sunt. tua ista sunt  
At certè lacryma mee NEERA,  
Quas intro fore me tuam percōne.*

\* \* \*

*Donec liber eram NEERA, nec sic  
Totā mollibus hæceras medullis,  
Et centum simul hinc & hinc petebant,  
Ipsumque poserant leviter invadere.*

Vixi carior oneribus medullis:  
 Nisi iam hoc quoq; denegas, tu ifq;  
 Qui nunc sic miserum necant ocellis,  
 Ehen! tunc ubi fastus iste! ubi ira?  
 Et vultus oculi q; saevientes!  
 Vbi cor prece nescium moveri!  
 Nunc caput semel artibus, NEERA,  
 Cum nulla amplius est fuga potestas,  
 Cogis, ah! decies perire in hora.  
 Nec quicquam miseret mei doloris:  
 Nam quo me referam? quis ab! quis! cheu!  
 Ejectum alicerius sinu expetiscer?  
 Quis o adiuvet undè opem rogabo?  
 Quis presto mihi erit, NEERA, situ  
 Quaris perdere, qua beare debes?

\* \* \*

Fafanos quosies tibi furores,  
 At q; signes paro, quos moves, referre,  
 Et quansus Dene osib; pererret,  
 Qui me nocte, die necat NEERA,  
 Et vox & sonus, & paraia verba  
 Desunt tam mihi, lingua q; ipsa torpet,  
 Et vix sustineor genu labante:  
 Merent postora, per q; membra passim,  
 Per q; artus fluerit repente salsus,  
 Et diem subita occupare tenebre:  
 Nec quicquam nisi lacryma superfunt,  
 Qua muta quoq; opem preccantur utile.

## VIII.

## DE AMORE SVO.

## Ad Hyllam.

Dispeream nisi via mihi carior ipsa,  
 Atq[ue] anima, atq[ue] oculis es mea HYLLA meis.  
 Dispeream nisi ego vita tibi carior ipsa,  
 Atq[ue] anima, atq[ue] oculis sum mea HYLLA tuis.  
 Nec satis hoc: vel e poterit quicquid his effet habere  
 Carius, ut posses carior esse mihi.  
 Tu quoq[ue], idem velles, poterit quicquid effet habere  
 Carius, ut posses carior effeibi.  
 “ Di facite, hac longos concordia daret in amores,  
 “ Tamq[ue] bonos matrem facula nolla amores.

## Ad Porciam.

Douza  
Parr.

Non me PORCIA plus amare possum,  
 Non te PORCIA plus amare possum,  
 Quam te certe amo, scit meos furores  
 Tam sacri puer excitator ignis,  
 Et qua fluctus sono creata ponto,

*Seris pectora concitis procellis,  
Cenemo Venus illigata Marti.  
Ergo quid precer amplius? quid ultra.  
Restat PORCIA, quam vel ut viciissim  
Ames matua, vel minùs severa  
Saltem te mihi sentias amari?*

*Non raptum a Thaumantia sed  
vltro sese obtulisse.*

*Si quicquā ex anima fieri potest, quod placeat: quin Scaliger  
Vel plus quam placeat, auferas atq; animam:* Pater.

*Auferat invitus placide ducatq; volentem,*

*Atq; sum Veneris collocti in medio:*

*Hoc abs te factum est, à maxima Diva Dearum;*

*Me invictum ne nostris sensibus crisperes.*

*Non videor tamen esse mihi, sed in te facta est*

*Cum te visam non desierim esse meus.*

*Quin a me ad te ab ipso sapiens, meq; ipse reliqui:*

*Ne tuus hic sim me, sed meus in te habitem.*

*Ad Ligurinam.*

*Esto magna Ceres ubi Pax inhibet istis, amantum Flami-*

*Et qua firma facit fædera, sancta Venus. nius.*

*Nulla dies LIGVRINA tuo me solvet amore,*

*Non frue me Driadum sanguinis una pesas.*

*Vi rupem habe validis impellunt flacibus Euri,*

*Sed nullo rupes turbere pulsa labas,*

*Sic semper nostra magna fides immota manebit,*

*Et*

*Et mea mens uni serviet usq; tibi.  
Dy faciant in Amore parés vivamus, & uno  
Ambos una tegat fanelis hora loco.*

## Ad Næram.

Bucha-  
manus. *Quantum delicias tuas amabam,*

*Odi dexterius duplo, ampliusq;*

*Tuam nequiam & procacitatem,*

*Postquam te propius, NEÆRA, novi.*

*At tu si penitus perire me vis,*

*Si vis perdire amem, & magis, magisq;*

*Totis artibus imbibam furorem,*

*Sis nequam magis & magis proterva.*

*Nam quo nequior es, proterviorq;*

*Tantò impensis oror, inquieto*

*Ventilante odio faces amoris,*

*Et lentas iterum ciente flamas.*

*Quod si sis melior, modestiorq;*

*Odero minus, & minus te amabo.*

## Ad Rosinam.

## Strophe.

*Ita me Veneres bene ament,*

Melissus *Et quantum est Cupidinum,*

*Vi ego te perdidi amavi*

*Semper, amoq; & amavero*

Debins

Dehinc quoq; mel merum  
 ROSINA, meumq; dulce mulsum.  
 Nunquam ego de te berclè, vel  
 Minimum quoq; cogitare  
 Quinq; lusbris amas;  
 Quia mihi cor tripludians gaudio  
 Exsiles, tuumq; animo polliscar  
 Credulo favorem,  
 Tam si prius ne scuel quidem  
 Mihi conspexit.  
 Tamen potest vis Amoris.

### Antistrophe.

Similis (puro) parq; mei  
 Nasquam fors amas;  
 Dabitur inventus, adequè  
 Cui fuerit bona faustitas  
 Amica at in hoc ramen  
 Inesse aliquid precium simili,  
 Tam diurna quod heic  
 Videlicet morat exenti  
 Longiusculus, ante  
 Quam liceat tua meis pupulis  
 Cernere viva lumina, votiq; sicut  
 Conspicuus ardor.  
 Sed huiuscè quodcumq; temporis  
 Saperest, mente

Eque

Digitized by Google

*Equa libenter feremus.*

### Epodes.

*O Imago somnorisa,  
Oculis meis in monte pref-  
gurata Regio, cum adhuc  
Puer essem, & mihi nondum  
Tegeret lanugo pilosa genas:  
Confidens animi fore  
Spero, uti(nam quid mihi fraudem  
Frausa sis?) reapse tandem  
Veres, simulachra  
Quod ipsa praese tulisse  
Commemini. Fatalis enim mihi  
Mea(prafiscind) ROSINA est.*

### Ad Vesbiam.

*Sanna-  
zatu. Aspice, quam varijs distingar, VESBIA, caris;  
Vror, & heu! nostro manat ab igne liquor.  
Sum Nilus, sumq; Aenea simul: restinguere flāmā  
O Lacryme! lacrymas cibē flammā meas.*

### Ad Phyllidem.

*Mureus Cum ducenda mihi sine te sunt tēpora, PHYLLI,  
Longior e si anno mensis, & hora die.  
At tecum siquando datur mihi vivere, rursus  
Esse*

*Esse diem credo, qui modo mensis erat.  
 Te sine vel Tauri cum lustrat corvua Titan,  
 Semper adesse mihi mæsta videtur hyems.  
 At secum medio gelida sub tempore bruma,  
 Ire tamen Veris tempora lata puto.  
 Te sine nox mihi fit, medio cū Phœbus in axe est,  
 At secum in media fit mihi nocte dies.  
 Quantum in me miserum juris tibi fata dedere?  
 Quæ mihi vel cœli vertere iura posse.*

### Ad Amicam.

*Non aqua, non ignis, non turbo, nec arida febris,  
 Nostra sed absument pectora solos Amor.* Codrus.

### Ad Dianam Arioftam.

*Pectora cur flamma flagrent, cur frigida fiant  
 Sapè gelu, queris seva Puella, mihi?  
 Non scis! quod claros in me cum vertis ocellos,  
 Oraq; in humana virgine digna Dea,  
 Vris crudelis misero mihi flamma medullas,  
 Nec requies vita tunc datur ulla mea.  
 Quodq; ego si specto quanta est reverentia fame  
 Iuncta tibi, in medijs ignibus ossa rigent.  
 Sic per te uruntur, per te sic pectora torpent:  
 Vna es tu glacies, ignis & una mihi.*

Gyral-  
dus.

L Ad

## Ad Næviam.

Tosca-  
nus.

*Ni te plus amo quam meos ocellos,  
 Aut carum magè si quid est ocellis,  
 Iratos videam tuos ocellos  
 Nobis, NÆVIA, nec quies misello  
 Sit mi, sed penitus flagrem medullis.  
 Acri me iaculis ferus Cupido,  
 At te cuspide plumbæ laceſſas.*

## Ad Fulviam.

*Studens. Define me totes vanis urgere querelis,  
 Define, VITA, meam ſollicitare fidem.  
 Neu tibi conurbent fallacia ſomnia mentem,  
 Viſa tibi amplexus eripuiſſe meos:  
 Nec que mendaci eſt ſub imagine Galla ſoporis  
 Avertiſſe tuas credita delicias.  
 Non ego ſum Thesceus, non ſum Pegasus Iason.  
 Gnoſia nec talis: ſed neq; Colchis erat..  
 Tu mihi ſolus Amor: tibi Amor ſim, FVLVIA, ſo-  
 Noſtragi diſſolvat fædera nulla dies. (lue;  
 Tecum ego ſurgentis peragrabo Hyperionis oras:  
 Tecum ego decidui VITA, cubile petam.  
 Nec me continuis tellus obducta pruinis,  
 Sava Lycaonia qua micat urſa face,  
 Inſuetum vè plaga terrere Libyſtidos aſtus  
 Poſſet, ubi aſſiduo funditur igne ſolum.*

Ipſa

*Ipsa refrigerium, atq; acri blanda aura calori:*

*Ipsaq; frigentii fervor & ignis eris.*

*Ingratum est sinè te quicquid sub gurgite volvit*

*Nobilis auriflua Lydius amnis aqua. (theus,*

*Quicquid Nereides, quicquid per littora Pro-*

*Quicquid sub flustra divite Glaucus habet:*

*Delicosa Pharos nostrum quod mittit in orbem,*

*Indiaq; & liquidi dives odoris Arabs:*

*Et quod Erythrea celatur regmine concha,*

*Quej; placent magno thura Sabae Iovi.*

*Queq; in hyperboreis asservant Gryphes arenis,*

*Te sinè, LVX, preciam vile smaragdus habet.*

*At te dum teneā, & tu me, mea VITA, proteruis*

*Dicam DYS magnis mea VITA, parem.*

*Tunc efflet madidis terras Noxus ibris ferat alis,*

*Luceat & pluvia nuncius arcus aque..*

*Tunc subsultanti crepitent mihi grandine secta,*

*Tunc spargat gelidas Iupiter usq; nives:*

*Tunc quatiat trepido mortalia corda sonisru,*

*Tunc cœlesti solum fulminis igne micet:*

*Tunc mihi luct. intum ventorum audire furores,*

*Tunc mihi decidua murmura ludus aquæ.*

*Invidcas mihi tunc homines, mea FVLVIA, Dijq;*

*Invideant: faveat dummodo sola Venus.*

### Ad Gelonidem.

*Quo suavisima quo Puella philtro*

*L y*

Macki

*Encaustum nus.*

Digitized by Google

164. HORTI AMORIS  
Incantum haud ita pridem inebriasti,  
Ut sic perditus atq[ue] amore caco  
Vecors, nec moriar nec ipse vivam?  
Sed longis cruciatis super sim  
Larva pallidior, novaq[ue] cera?  
Cui dolorum fuit ante contumax q[ui]  
Has ad delicias iocoſq[ue] pectus,  
Ceu curas potius molestiasq[ue],  
Vero nomine si liceret uisi.

An teſſon tibi commodavit aureum  
Qua Cypron tenet; Eriosq[ue] apertos  
Spumoso Dea procreata Pontio?

An ea ſciens venena Circe,  
Aut Colchas docuit Cybeis herbas  
Formosum quibus hospitem lucrata,  
Expertem domuit ſoporis anguem,  
Et tauros iuga ferre panda adegit?

Quae nescio uis iuvat, quis humor,  
Quae tam proſpera ſerviant tibi astra.  
Hoc certe ſcio. ſcire quod moleſtum eſt;  
Me ſenſim tacitis perire curis,  
Ac flamma exitiabili cremari.

Si me qui fueram rebellis olim,  
Vitam ducere cœlibem volebam,  
Iam captum ac domitum vides, tuq[ue]  
Heu! desiderio ac amore nullum.

Quid differre iuvat quod inchoasti,  
Tanquam pœnitentia ſtetiffe dictis,

Lactatium

Lactatum quibus ipsa subingasti?  
 Iam tan: a precor, o, medere cura,  
 At q̄ extingue meas misera flamas,  
 Charis charior è GELONI ocellis.

\* \* \*

Te mibi dilectam rumor negat. Inteream si

Villa mibi mulier vivat amata magis.

Non satis exposui que sunt verissima: si sit

Te praeer, peream. fæmina amata mibi..

Viḡ mei melius tibi vis notescat Amoris,

Plus ego te, quam vox dicere possit, amo. , ,

Nam omnes si possent perpendier omnium amores, , ,

Vincat eos omnes, vel mens unus amor. , ,

\* \* \*

Fermosa nostro virgo medullitus

In fixa cordi, cuius imaginem

Lenis & affatis quieti

Sepè mihi referunt sopores.

Quæ philtera, quis me gramine Thessalo, aut

Cantu efficaci sic Magus impulit,

Vt nulla te preter calore

Digna meo videatur usquam.

Vultu decoro quamlibet eminens,

Rariq; forma fæmina doribus,

Non crine si culto Lacanam

Et niveo superarit ore.

Iam parce dulcis Nympha, precor, precor,

Verum his futurum spernere fastibus,

L iij

ED

*Ense sus in nos tro Cupido  
Nil reliqui sibi fecit ignes.  
Intemperatis uor, iō, rogis  
Et continentis pectus in astuat  
Ardore, nec tales Vescuus,  
Sicelis aut vomit Aetna flammias.*



## IX.

# DE VIRTUTE ET Præstantia Amoris.

Ad Navigiam.

Tosca-  
nus. *Aspectu liquefacta tuo mea lumina manant  
Qualè repercussæ Sole repente nives.  
Vi scopus a telis per inanè fugacibus, ictus  
Excipunt oculis pectora nostra tuis.  
Afflatu, mea Vita, tuo vanescit in auras,  
Ut Borea nebulas dissipat aura leves.  
Sol, iaculum, ventus, perstringit, træfigit, aufert,  
Igne, acie, flabro, lumina, cor, animam.*

Ad

## Ad Cotalen.

*Obvia fisco tale, quories mihi, stent licet astra,* Dousa  
*Mi venit in media nocte serena dies.* Pater.

*Discedis quories, lustret licet omnia Phœbus,*

*Me premis in medio nox tenebrosa dic.*

*Quid mihi Luciferi prosunt Hyperionis ignes?*

*Vna mibi noctem tu facis, una diem.*

## Ad Hycellam.

*Tire siam vatem privavit lumine Pallas,*

*At mibi tu mentem omnem erupisti animi:* Dousa  
*Filius.*

*Maius habes quanio, lux o mea, Pallade numē?*

*Lumina tu mentis, corporis illa rapit.*

\* \* \*

*Ne quod te celso fugias per inanē volatu,*

*Cor precor, ah! misero saevius ure mihi.*

*Culpa tua bac: vestri pennis fablatus amoris*

*Mortali ignoras cogitur ire vias.*

*Ac velut halantes cœli ad confinia fumos*

*Cynthius ethereis usq; trahit radis,*

*Vnde trabes, flammæq; creet, dirosq; Cometas,*

*Aut crine accendat lampada flammifero:*

*Affixam sic ante solo lux ens bea mentem*

*Sustulit, ut superis inferas ordinibus:*

*Hic ubi sacrata radians velvet astra Corone,*

*Fulgorat ardoris sic quoq; flamma mei.*

L. iij

Quis

*Quin igitur sellure etiam me tollis incerti,  
Nè patiar mentis flebile discidium.  
Sic mihi tu cælum, cæli sic lumen nobis  
Continget tatis noctibus usq; frus.  
En iterum clamo: effectus ueriusq; caloris  
Expendens, peccus mitius ure nescum.  
Idem nos ignis in te quis fulgurat urit:  
Secum cuncta trahens ignis, ut attrahitur.  
Ignis more tuum ad se trahit omnia lumen;  
Utq; ignis, nosfer summa petissit Amor.*

### Ad CANDIDAM.

Vezeli-  
us.

*Es quoties vicina mihi, tunc a suo totus,  
Vt cum sulphureis ignibus Etna fremit.  
A te discessi quoties, tunc frigido totus,  
Vt quum Caucasus sub nive anhelat apex.  
Ergo fas alium te, CANDIDA, dicere Solem,  
Vt potè quæ facias astum, hyememq; mihi.*

### Ad LYCORIM.

Cotta.

*O factum lacrymabile, atq; acerbum,  
Nunc cersè lacrymaberis LYCORI,  
Digna res lacrymis, tuo q; luctu.  
Namq; lumina nostra, lumina illa,  
Illa summo, que, LYCORI, amabas,  
Qua tuus solita anteferre ocellis;*

Nom

Non sunt, ô mea LUX, amanda ut ante.  
 Non sunt lumina sed mala senectus;  
 Illa, ut impia fata se LYCORI  
 Absuleremisi, tuoḡ longē  
 Me a vultu valuere abesse caro,  
 In rivos abiēre lacrymarum:  
 Quodq; amariūs, at q; prater omnem  
 Lacrymabile cogitationem,  
 Quansumcumq; habuere lacrymarum,  
 Iampridem evomuere: nunc ad ipsum  
 Venturo est sanguinem, ab insimoḡ cordis.  
 Ducto flumine surgidi horridi q;  
 Sanguinem lacrymant miselli ocelli,  
 Et cum sanguine amata diffuit lux.  
 Ac sic enecuere se q; meq;  
 Dum meum miseris igneum furorem  
 Quarunt diluere, ex rigore mentem  
 Hen!mentem, Enceladi, Typhoei q;  
 Estuda anima deum siorem.

## Ad Cæliam.

Non ego turbasi crescentia nubila cœli,  
 Non vereor fluctus atra procella tuos.  
 Non mare quum scvit ventis, nō gradinis ictus,  
 Non dura imperio fulmina missa Lovis:  
 Non pestes, morbosq; graves, non plena cicutis  
 Pocula, non colubri dira vencia trucis:

Angeli-  
anus.

Non

Non subitos terræ motus, non borrida Martis  
 Pralia, non casus Sors malefida tuos:  
 Non rapidos ignes, non mortis tela recurva,  
 Non styga, non ierno quis vorat ore canem.  
 Nil hac: ut solum vereor te, CÆLIA: solum  
 Tu potis & vitam, & tradere fatamibis.

\* \* \*  
 Vivebam, nunc dispereo, qui spiritus artus  
 Rexerat hos, sedes incolis ille alias.

Si vis in terris ut vivam, reddere mihi illum:

Et si non illum, reddere tuam, oro, animam.

Sic mihi me reddes, sic te tibi CÆLIA, reddes:

Ambo sic parili iuncti in Amore erimus.

At si dura manes, nec gaudes: perdis utrumq;  
 Me, quia amo nimium, te, quia amas nihil.

Et quanto est odys Amor excellentior, ipsa

Tanto interfecto crimen amante facis.

\* \* \*  
 Sevis, nosco, noces: at quantum seva, nocensq;

Me pellis, tantum pulchra, & honesta trahis.

\* \* \*  
 Si nimis intueror te CÆLIA, parce: loquuntur

Quas patior pœnas lumina: lingua nequit.

\* \* \*  
 Mors mihi dat vitā, mihi morsē vita: sed omnes

Vita mihi peior morte, dolenter amo.

\* \* \*  
 Vi scirem quanto sim secum iunctus amore,

Atq;

*Atque fide, misi cor tibi, non redyt.*  
*Hospitium pradulce tuum: non amplius opeat*  
*Hos artus, gremio gaudet adesse tuo.*  
*Post gemitum eieci, qui cordis nuncius esset:*  
*Illam etiam, est quanquā sapè reversus, habes.*  
*Nescis ubi sit cor, nec novit dicere: solum*  
*Spirat & exusti pectoris auget onus.*  
*Illi sapè loquor. quid agit mea cælta? quid cor?*  
*Nil referens linquit corpus inane, fugit.*  
*At nunc mitto animam, qua si non ipsa redibit*  
*Protinus, infelix hac iumulabor humo.*

### Ad Lesbiam.

*Cum primum ex ista facie mihi dura terendit*  
*Retia: digna fuit, digna perire Venus.* Scaliger  
*Pater.*  
*Digna fuit: Divum sed si natura repugnat,*  
*Nec iam adeò effuso mors volat atra grada:*  
*Tunc ego debueram semel expirasse, nec ultrò*  
*Heu! roties fatis sic superesse meis.*  
*Quales purpurea solvuntur luce pruine,*  
*Quales odorato cera sub igne cadit,*  
*Vr<sup>r</sup>or, & indomita vexant praecordia flamma:*  
*Atque vafer lenta me face torret Amor.*  
*Aspexi roties divinum frontis honorem,*  
*Aureaque in blandis sydera luminibus:*  
*Pectoribus roties haeserunt spicula nostris,*  
*Mistaque cam gelido spes fuit aucta metu.*

*At tu, per teneri iucundum lumen Ameris,  
Heu! mihi: qualem oculus spirat uterq; tuus!  
LESBIA sydereum cœli decus, undè Cupido  
Deduxit rapidas in mea dama faces.  
Heu! heu! perpetui tandem misericere doloris,  
Hac anima ut votis serviat una tuis.*

Interitus ex tua hilaritate  
mihi vita est.

*Cum placida es, liquidoq; nitens, THAVMANTIA,  
Tetrica pacato sevis in ore Venus. (valtu,  
Turbida fulmineos ubi pectore colligis ignes,  
Lenis ab ignigeno fulgurat ore lepos.  
Quid faciam? primis qua metta sit ultima vatis?  
Quæcunq; anceps animum temperet hora meum?  
Cui precor, ô! mihi perpetuas in turbine mortes.  
Nam te bilari vera est vita, perire mihi.*

Ad Camillam.

Marullus *Odi te, mihi crede, quantumq; es,  
Odi confiteor, CAMILLA: sed quam  
Et odi, & magis indies, magisq;  
Velim odisse, sequi atq; amare cogor.  
Sic me amor retrahit tuus, trahitq;  
Sic quem sevitia fugas, Proterva,  
Tam rara revocas decore forma.*

Ad

## Ad Arnida.

Vsḡ adeò ionumeris torres mea mī ARNī farillis Crotus.  
 Quæ assidue è roseis profiliunt oculis:  
 Vi nī mī lacrymarum hyemes, atq̄ imber amarus  
     Officiat: tepidum iam iam abeam in cinerem.  
 Es rursus lacrymarum hyemes, atq̄ imber amarus  
     Tam assidue miseris mī effluit ex oculis:  
 Ve nī mī ARNI tuis qui profilit ignis ocellis  
     Officiat: genaem iam iam abeam in fluvium:  
 Me mea iam ARNI, ure, & vitā nē deserat hu-  
     Sive tuis flammis sive meis lacrymis. (mor,

## Ad Gallam.

Per gelidas mirâre nives, byememq̄, malignam Vrsum.  
     Nudum ire, ac nos frigore, GALLA, premi!  
 Nec savi mibi vim Borea, nec obesse procellas,  
     Non pedibus glaciem, vel nocuisse gelu.  
 Ah! nescis quanio magis & magis urimur igni  
     Sævit in extinctus per mea membra calor;  
 Diriguisse putas, tactum me ardescere dices;  
     Iamq̄ meo attactu deliciere nives.  
 Non imber, nec hyems, flamas abolebit Amoris, , ,  
     Ipse vel in medijs trux Amor urit aquis. , ,

## Ad Puellam.

Qui fit ut inflamer magis ac magis war in horas, Borbo-  
     Incendiar q̄ nius.

Incendarq; oculis, pulchra Puella tuis?  
 Ex oculo dextro, ridens Venus, è q; sinistro  
 In me contorquet tela proterus Amor.  
 Me miserū, quid agā? fax plus satis ana fuissest,  
 Infelix cogar, cur ego ferre duas?

\* \* \*

Queris aquam, Virgo? duo sunt mea lumenafon-  
 Ex quibus (oro) vide flumina quæa fluunt: (ees,  
 Quod si igne quaris, mea sunt præcordia flæme,  
 Sic ut aqua in me igneo suscitet, ignis aquam.

### Ad Himeram.

Franchi- *Vi surgens Aurora favet mortalibus agris,*  
*nus.* *Sic mihi fulsit Amor primus, HIMERA, tenuis*  
*Vt qd die sorret medio sol igneus orbens,*  
*Sic mea nunc saevus pectora torret Amor:*  
*Vt demum extinguit rapidos nox atra calores,*  
*Sic fera mors ignes auferet uns meos.*

### Ad Syrianam.

Ponta-  
nus.

“ Dic age, dic SYRIANA, deus quis curet amantes?  
 “ Népe Amor. Ast odit quis Deus? odit Amor:  
 “ Odit Amor quoniam ferrum meditatur & ignes,  
 “ Latifera spargens spicula sorta manu.  
 “ Curas Amor, quod & aplexus & grata procurat  
 “ Oscula, quod placido gaudia mille toro.

Quis

Quis Deus hic Amor est? pacē qui curat & ar- ,  
 Et pace in media selacruenta iacit? (ma, ,)  
 Hac & acuta iacit, iacit illa retusa: nec igni ,  
 Indita certa fides: hic cremat, ille gelat.  
 Vrit & hinc flammis torrentibus, inde liquetis ,  
 Solvit & in latices, ille q, & ille dolet.  
 Talis Amor Deus est: maris hic vestigia servat,  
 Nunc sauit blandis, nunc agit ipse modis.  
 Nil lacum, nil dulce diu finit, aut finit agram,  
 Instabilitq, puer, & puer ipse Deus.  
 Imperium crudele, sed indulgentia mitis  
 Quin mite imperium sed sine lege Puer. ,  
 Sed sine mente Deus: procul hinc discedat Ama- ,  
 Solus amor Puer est, sola tyrānis Amor. (zor: ,)



## VIII.

# VITUPERIA

## A SÆVITIA.

Ad Galatcam.

Sæva fuit dextra qua concidit Herculis hydra, Scorelli-  
 Sævi qui sylvis exagitansur apri. us.  
 Sævi sunt Libycis narrati in montibus urfi,  
 Sævus

Sævus & est Calabris qui latet anguis agris.

Sævus Apher nimiū stomacho Leo pressus inani,

Sævus & hirsuto est horridus ore lupus:

Sævior es, quæ me refugis, GALATEA, sequente,

Hydra, apris, ursis, anque, leone, lupo.

### Ad Cæliam.

Angeii-  
anus.

Numen habet Pallas virtute, & robore Iuno,

Diana & casto corde, decore Venus.

Cur virtute nitens, & robore, cordeq; casto,

At q; decore, cares namine? seva manes.

### De asperitate Cliniz.

Vulteius Est coluber sævus, sævus lupus, ipsaq; seva  
 Vipera, sic fætu est Vr sula seva suo;  
 Sævus aper, sævus leo, tygris seva, leona  
 Seva quoq;, & seva est simia, sevus Amor.  
 Multa quidem vivunt animantia seva: sed istis  
 Omnibus una magis CLINIA seva mihi est.

### AD VITIE.

#### Ad Amicam.

Scorli-  
us.

Dura est qua tendit radicem ad Tartara quercus,

Et solidum longo tempore robur habet.

Durum est telluris defossum e viscere ferrum,

*Ferrans*

*Etnaeus multo quod coquit igne Cyclops  
Durus telo adamas non est penetrabilis ullus,*

*Sanguine sed solo molle fit dirce tuo.*

*Dura petra aquoreo qua truditur undique fluctu,  
Ictibus assiduis nec labefacta ruit.*

*Durior es, lacrymis qua non mole scis Amantis  
Anno sa queru; ferro, attamante, petra.*

### Ad Pueram.

*Præ te non duri monses, non roborat dura,*

Borbo-  
nius.

*Durior est glacies pectore molla tuo:*

*Non adamas præ te durus, non marmora dura,*

*Duritierum vincum molla metallia tua.*

*Sis quam dura vobis, certe morire, cinisq;*

*Fies, ô Virgo, mitior ero ueni.*

*Non sum adeo informis, qui sim te dignus amica:*

*In speculo formam cogor amare meam.*

*Oscula da centum, da circum brachia collo,*

*Sim tuus & mea sis: accipe, daq; fidem.*

*Quem fugis? ah! demens, quur membra decora iu-*

*Quar etiā ferdent munera nostra tibi? (vēta,*

*Dura manus? alia inventam, qua carmine nostro*

*Clara erit, at serò facta dolebis annus.*

### Ad Rubellam.

*Si me xvbeilla, amas, ama*

M

Digitized by Google Quod

Quod amo. Quid istud? inquies.  
 Amo id diu quod pernegas  
 Mihi: quod quoq; obstinatus.  
 Negas, eo vehementius.  
 Amo: o RUBELLA, o ferrea.

## Ad Cæliam.

Angeti- Me spectas oculis lasciva iocantibus, inde  
 nus. Effugis, & rapida Tygide peior ades.  
 Quum te credam eis manibus resistere, fugaci  
     Plus cerva curris, quum timet ora canum.  
 Si leta accedis, placida, atq; benigna parumper,  
     Quam mihi post multo tempore seva manes?  
 Quicunq; aspectat tam rara premia ferme,  
     Inter honoratas diceris esse Deas.  
 Numinis sed laevis tua, cum sis Impia nobis,  
     Vana, fugax, fallax, horrida, dura, levis.

## Annuli Thaumantix.

Scaliger Ardescit socio rutilans Adamante Pyropus:  
 pater. Sic animo articulus conuenit iste suo.  
 Acres fulminei faculas iaculantur ocelli:  
     Frigida stant duro corda retusa gelu.

## Ad Cynamam.

Quod tibi dispicio, nimis quod CINNAMONIS nobis  
     Dura

Dura places, isthuc non mihi crede places.

### Ad Syderidem.

O lentum mibi tormentum ferrata SYDERI, Auratus.

O Animæ tristis carnificina mea!

Te quidem amo, sed sic ut amas bos lassus aratru,  
Excusere è collo quod nequit ille suo.

Quod si vis in amore meo est, si cogor amare,  
Non odi, quod amo, sed neq; amo, quod amo.

### Ad Puellam.

Puro splendidior Sole Puella, Priulus.

Longe Sibonia candidior nive,

Sed malo asperior Tygribus asperis,

Vndeq; acrior Adria.

Cur peritas scopulis surdior Icari

Mathonis querulis vocibus, igneum

Cur peccus miseri, cur iecur Impia,

Miris excrucias modis?

Nec te forma moveat, Dura, nec integra

Etas, non animus, vel genus, aut fides

Incorruptrix, non amor aureus

Non noista lacrymis preces.

Nec quid Threicio blandius Orpheo

Etrusco modulans carmina barbito,

Dat sensu rigidis querubus, & capit

Mij

Tygres

*Tygres, te capere impotens.  
Pone atrocem animum, pone superbiam;  
Non bellas decet hac fama puellulas:*

*Quod cogant iuvenes duriter ad necem,  
Si nescis, scelus impium est.  
Et te dira manet pena apud Inferos,  
Qua matas Danai torquet inanibus  
Vrnis, dum refluit nec semel unda, nec  
Parvis hausta laboribus.*

### Ad Gallam.

**Amaltheus.** *Cum primum indueres villoſa tegmina Lyncis,  
Credideras amens, GALLA, fugasse gelid.  
Heu! te non byemis, non bruma frigora ledunt,  
Sed tuus interno frigore sanguis bebet.  
Nec potis est glaciem vis ulla arcere medullis,  
Tam rapido cum non arceat igne Venus.*

### Ad inexorabilem Puellam.

**Sussannæus.** *Qui rogitat te LYGDA, sonos effundit in aquæ,  
Nam surda blandas respuis aure presos:  
Nec blandimentis unquam corrumperis ullis  
Simia serò quidem sed capiatur anus.*

### Ad Camillam

**Balbus.** *Nullæ te pietas morientis, Perfida, sangit?*

*Nulla*

Nulla movens animum nomina lesatum?  
 Crudelis, daris multo crudelior ursus,  
 Durior & ferro, durior & lalide.  
 Scutia vincis silices, adamanta, ferasq;  
 Ut reor, in duro pectore marmor habes.  
 Non, non humani te progenuere parentes,  
 Sed lupus, aut dura rupe leana ferox.  
 Es genita in sylvis, nutritaq; lacte ferino,  
 Et tibi qua tribuit ubera, tygris erat.  
 Crudelis, tam os nunquam miserta labores,  
 Nunc satias nostris pectora saeva malis.  
 Tot mala nam patior, quot caelo sydera fulgent:  
 Aethera quot volucres, quo uult amnis aquas.  
 Si quis erit cunctos misera qui mente dolores  
 Et genus omne mali noscere poscat; amet.

### Ad Puellam.

Sicut ego, longas precor exige ferrea noctes,  
 Quem cogis gelidas antè cubare fores:  
 Sic dormi, ut multo durissima cogis amantem,  
 In somnis nec te nox q; labor q; movent.  
 Vicinos miserei nostri, hoc fecisse dolebis  
 Serò, tua ut tinget tempora canicies.

Rogenius.

Porrexi ex auro munuscula Dadala, sed tu  
 Respuis, & nugas aurea dona facis.

Forcatulus.

Cinnama nec capas redolemis, nec Amethystos;

*M iij Quid*

*Quid faciam? si nec lux mea, carmen amas?  
 Monibus Ethiopum magnetem poscere cogar,  
 Fibra tibi cum sit ferrea, sic venies.*

### Ad Blinam.

*Sapè tuos dixisse oculos fulgere Pyropo  
 Pœnitet, & quamvis frons sit eburna, nego.  
 Amplius & rubro non splendet Iaspide labrum,  
 Collaq, chrysolitis non quatit alba comis.  
 Targidulas nec habes Berilli colle papillas,  
 Vertice quo rosee mi placueré diu.  
 Durior ô Adma scopulis; me spernis amantem:  
 Nil, quasi sis absens, te mala nostra movent.  
 Ex geminis si prisca parens te Pyrrha creasset,  
 Marmorcum quarè cor tibi, BLINA, dedit.*

### Ad Puellam.

*Incertus Quid sacri precibus Puella vatis  
 Aures obstruis? illiusq, versus,  
 Ipsam strectere qui queant Negaram,  
 Permittis rapidis Notis ferendos?  
 Nescis, quo miserè tibi parentur  
 Hanc ob sevissiem, improbamq, mentem  
 Posthac supplicia inferis in oris.  
 Ipsos nam simul ac vagos ocellos,  
 Illos syderibus parcs ocellos,*

*Qui*

*Qui mentem misero abstulere vasi,  
Eternus tibi somnus occuparit,  
Ibis in tenebras migrantis orci:  
Vbi perpetuo necata fumo  
Pœnas durissæ tua rependes.*

## AB AVARITIA.

*Ad Lucrinam Nympham,*

*Inclita Nereidum, superis aquanda propago*

Tayge-  
tus,

*LVCRINA, Adriaci gloria prima chori,*

*Qua lac atq[ue] rosas vincis candore rubentis,*

*Nigra oculos, flavis conspicienda comis,*

*En tibi seu Phrygio spectanda incedis amictu,*

*Sive salis, gracili sub pede gestit humus.*

*Serrides, rident Charites, si Nympha loquaris,*

*Manant ex labris dulcia mella tuis.*

*Tu modo iam facilis pulcherrima Neptunine,*

*Ne videare mihi rustica, pande fores.*

*Queris cur facias? ingens tibi fama paratur,*

*Principium in nostro carmine numen eris.*

*Talisa iactabam, surdas male sanus ad aures*

*Ad loculos lumen retulit illa meos.*

*Quos auri opatio ut vidit sine pondere laxos*

*Fugit, ut instanti territa cerva cane.*

*Quid mihi nunc prosum Musa? quid magnus*

*Ah! pereat versus, deficiat q[ue] lyra. (Apollo:*

*As tibi que pretium uenali poscis amori*

M. iiiij

Im-

Digitized by Google

*Improba, vanescant quas male queris opes.  
Cumq; tibi rugas induces cana senectus,  
Insulæ dannis famina, vir q; tuis.*

### De Ida.

*Tam studet augēdis, tā sordida & invidarebus,  
Cordus. Auferrī pulices ne gemet, IDA, suos.*

### A S V P E R B I A.

#### Ad Ilisiam.

*Quicquid & Euphrates emitit & Indus odorū,  
Pictoriū. Id totum, at q; etiam plus tua vestis olet.  
Vatibi cum nunquam succurrat, ILISIA, menti,  
Quam gravis in busi carcere fætor eris!*

#### In Luciam.

*Formosam scd itacundam & surper-  
bam puellam.*

*Roselet-  
tus. Aurea frons, rosea q; gena, & tua lactea cervix,  
Quig; micut pulcher pulchro in amore color,  
Efficit ut credam te Palladis esse sororem,  
Aut Veneris, Paphio cui calet Ara rogo.  
At rigor & pectus, preduro adamante revinctū,  
Corda q; ventosus qui tua fastus agit,  
Efficit ut credam te Gorgonis esse sororem:  
Te natura ferox noluit esse Deam.*

*Si faciem eximiam facilis mens aquiparasset,  
Nulla foret supera pulchrior arce Venus.*

Ad Cæliam:

*Cur immortalem te reris? pone tumentes  
Fastus: mortalis sis pietate carens.*

Angeli-  
anus.

Ad Ariadnam,  
Puellam formosissimam.

*Vt prior est etas faciem mirata Lacene,*

*Sic formam laudant nunc, ARIADNA, tuam.* Stroza

*Tyndarus hoc uno fertur superasse, quod illa* Pater.

*Difficilis blandio nescit esse procis.*

*Tu pietate carens & fastus plena superbi,*

*Forma corrumpis maxima dona tua.*

*Nec magis Euryali, gemini, lacrymisq; moveris,*

*Quam prece turbati plectitur ira sali.*

*Quid faceres si Nestoreos hic vinceret annos!*

*Et tegete crissas horrida barba genas?*

*Exemplo tibi sit pharetrati mater Amoris,*

*Dignata est puero iungere Diva latus!*

*Ilo etiam fertur lacrymas fudisse perempto,*

*Et solitus roseo fugit ab ore decor.*

*Abstulit Eudymion genera Latoidea forma,*

*Dum patris niveos monte reducit oves:*

Ipsa

Ipsa licet Dea sit, noctis aurora tenebras.

Pellat, in amplexum non pudet ire scnis.

Invidisse Deos perhibent, cum mollia cano

Oscula Tithono, putra puella daret.

Tu invenem quo non formosior alter in urbe

Spernis, & insano cogis amore mori.

Si sapis ipsa tue fructum decerpe iuventa,

Respice iam properans terga senecta premit.

Quod si nec faciem, qualem Narcissus habebat,

Nec mouet antiquo sanguine clar. ad omnes,

Te saltem moveant generosa Pallados artes,

Quaeis inter prisca hic numerandus erit.

Huic tu si faveas, hunc si digneris amare,

Cantabit laudes Dia puella tuas.

At q̄ immortalis fame tibi quaret honorem,

Et tua post obitum forma perennis erit.

### Ad Cliniam,

Quod plus satis studeat forma.

Vulteuus Dum nimis indulges forme, qui te videt, audi:

Quid dicat: scortum hoc vēdere mēlba capit.

### Ad Lædani.

Sconz- Cur alias tetrica fastidis fronte puellas  
us. Damnoſo forma munere LÆDA cumens?

Sapē

*Sepè nocet casta facies formosa pudori,*

*Nec sinit illæsæ virginitate frui.*

*Effera splendet à dura Sidonis ore superbit,*

*Facta est infido sarcina grata bovi.*

*Arata Danaë quanquam iacet abdita turri,*

*Auratum fallit non tamen illa Iovem:*

*Candorem nitidi culpat Virginia vultus,*

*Ipsa sui patris iam moritura manu.*

*Quid referam teneri matrē Cadmaida Bacchi:*

*Elatam flavis Antiphilamq; comis:*

*Innumerasq; alias præstanti corpore Nymphas*

*Pulcra quibus minuit forma pudicijam.*

*Sablaras igitur, Teneraria, ponito crissas,*

*Et monitis post hac cauitor est o meis.*

*Forsitan hac cunctis qua te præstare puellis*

*Credis, erit magni dos tibi causa mali.*

### Ad Næviam.

*O cui non minor est crudeli in pectore fasius,*

*Quam sit in exacto corpore forma decens:*

Tosca-nus.

*Quia mihi das astu glaciem, das frigore flamas,*

*Speq; metum dubia, spemq; timore fovens.*

*Cum tibi, que fulvo radiat fulgentior auro*

*Reddiderit canam pigra senecta comam;*

*Fluxerit in rugas ubi frontis splendor aniles,*

*Cui nunc Assyrium cedere possit ebar,*

*Et quæ nunc geminos imitanter luxrina soles*

Preffcris

Prefferit informi cara favilla fitu,  
 Teq; aliam prorsus specula mirabere marenſ,  
 Effundes maſto ſatia verba ſono:  
 Qua miſeram ſtimulas non tempeſtua volūta,  
 Cur priuſ hanc anni non habuere rudes?  
 Aut hanc non repetit mentem iuuenilior etas?  
 Mens mihi tūc aberat, nunc mihi vultus abeft.

## A F V C O.

## In Leonoram.

Bucha-  
nanus.

Picta tibi eſt facies, mendax eſt lingua, manug;  
 Aeneus annellus, vitrea gemma nitet.  
 Quis tibi vel verum creder, LEONORA, loquēſt,  
 Quando tui nunquam pars caret illa dolo?

\* \* \*

Miniat a labra, ſordida creta gene,  
 Hiatus oris indecens,  
 Rictu canino, patridi dentes, pares  
 Mamme caprinis utribus,  
 Laciniosi gutturis deformitas,  
 Sulciq; laſerum pinguium  
 Crassoq; venter extumens abdomen,  
 Ego vos amarvi? brachij.  
 Frui, reſorviq; & fatigavi meis  
 Viſcera labra baſis?  
 Plebi lapanax proſtitutum ſordida

Vocare

Vocare amares pertulisti?  
 O frans, amor q̄, & mentis emota furor!  
 Et impatentia impetus.  
 Quo me abstulisti? vindictas Erymanthes  
 Quo vapulari crinitus?  
 Vestrum ad Tribunal? non enim tardipidius  
 Dolus sagittæ fanticus:  
 Sed vestra adfusus, vestra adfusus tam pade,  
 Fauore vestro insani,  
 Ergò pudendis liberatus vindicis,  
 Meq̄ iuris redditus,  
 Sancti salutis hospitatrii mea  
 Et huius cællas ferredis,  
 Monumenta duri servitij, & tabellam  
 Hanc sagittæ indissem:  
 Per eam receptæ, & memoris animi pignora.  
 Dono, libensq; dedico.

\* \* \*

Quidam bēdū texisti sexcentis Gorgona vultus  
 Fraudibus, artifici sapè reficta manu,  
 Pulchra tibi, speculoq; tuo, LEONORA, videris:  
 Me speculo testem, si libet adde, licet.  
 Sed qua pulcra quidem facta est ratiōne, Megara  
 Formosam fieri sic ego posse puto.  
 Posse negem in varias se vertere Protea formas?  
 Verumnum vultus sumere posse novos?  
 Quæq; pia pavit sceleratum fraude parentem?  
 Quiq; tuos pergit Deianira soros?

Cum

Cum toties iuvenes vultus de pycide fannas,  
 Quotidie in faciem, GELLIA, uerfa vorans.  
 Posse negem è puerō iuvenes. Iolaon in annos  
 Mutari subito; Callirhoe s'ḡ genus?  
 Esonaq̄ in viridem succa redisse inventam,  
 Et que Nysa's Bacchum alnere iugiss?  
 Nulla dies non te cum spectet mane putram  
 Nulla dies non te uesperè cernas annum?

## Ad Lausam.

Forcatu lus. Indo dente tibi frontem' splendore politam.  
 Cerno, humeros festur sic habuisse Pelops.  
 Bisq̄ novem permensa tua quinquennia vita,  
 Eumenis una trium, quarta videre Charis.  
 Loricas faciem, qua non magis extirrunt  
 Candida, rugosum quam solet esse piper.  
 Nil est, LAVSA, tuus nisi larva precaria vul-  
 A Domina quem tu pyxide manu rogas: (rās,

## A SORDIBVS.

## In Phillidem.

Douza  
Paret.

Quid me putida BHYLLI congelatum  
 Hircoſa premis osculatione?  
 Quid me frigore perdisum Novembri  
 Laborum illuc uic necas tuorum?

Nunquid

Nunquid me rogo posse degelari  
 Iste tuy piculis putre labellis? I T C M  
 Quae sic putridulo liquent yngadore,  
 Quae sic rancidulo vapore odore,  
 Omnes olfacere ut mihi claram  
 Et sellas videar Patroclianas.  
 Fellas oribus obviare male  
 Tercentum, tandemq; cunnilinguiss;  
 Et Flaccum timo minus crepaniem.  
 Quarè si quid adhuc habes pudoris,  
 Tam fœde oscula PHYLLI, non in anni  
 Sequentis, vobis ille vult Aprilim,  
 Sed gratas rogo differas Kalendas.

## A GARRVLITATE.

Ad Lesbiam,

Me tuus iste licet delectet, LESBIA, vultus, Sconzus  
 Quiq; deces roseo pulcher in ore color:  
 Es laudem nitido pendentes vertice crines, T E T  
 Membraq; brumalis candidiora nive.  
 Tum nostri quamvis tangi videaris amore,  
 Meq; tuam vitam, deliciasq; voces:  
 Te redamare tamen nequo, si LESBIA causam  
 Ignoras, dicam: Garrula lingua facit.

A Modo

# A MOBILITATE, SEV LEVITATE.

## De statu Cæliæ.

Angeri- *Dum niveo ducit raram de marmore formam*  
 anus. *Sculptor & eximie perficit artis opus:*  
*Vera hac effigies? quidam inquit: & illius hic stat*  
*Flatilis in uenit spiritus, ora moveat:*  
*Hec ferit, illa ferit: surdis hac auribus, illa*  
*Auribus & surdis: hac riget, illa riget.*  
*Hec alba, illa alba: hac magis est crudelis, at illa*  
*Crudelis magis est: hac filet, illa filet.*  
*Hec glacioalis hyems friget, glacialis & illa*  
*Friget hyems: lapis hac sculptus, & illa lapis.*  
*Sed non aquales sunt una parte: quod illa*  
*Illa magis vento mobilis hac stabilis.*

## In Philliden.

Bucha- *PHILLI omnes deamas, redamat te PHILLI noc*  
 nanus. *Miraris fieri id qua ratione queat?* (illus:  
*Nempe ideo cunctos quod ames discrimine nullo:*  
*Hac ratio est cur te nullus amator, amet.*  
*Odero uis igitur cunctos? male colligo istuc,*  
*Nec te odiisse vetim: sed nec amare vero.*  
 “ *Quidnam igitur suades ut amer? sic suadeo, nullū*  
 “ *Oderis: ast unum PHILLI, ut ameris, ama.*

De

## De Camilla Veneta.

*Blāda CAMILLA chelis docto qua pollice pulsat,* Melissius.  
*Mille canit fraudes, mille CAMILLA dolos.*  
*Pamphyle si nescis, hac ex Syrenibus una es;*  
*Hadria Syrenas, non Achelous habet.*  
*Nicæveas (nam te parat irretire canendo,) .*  
*Mille dehinc fraudes, mille querere dolos.*

## Ad Leuciam

*Mobilitas animi summa est tibi LEVCIA, verū*  
*Nobilitas forma LEVCIA sola tibi est.*  
*Dicam igitur, sed pace tua: te LEVCIA non est*  
*Altera nobilior, altera mobilior.*

Franchi-  
nus.

## Ad Amicam.

*Quid me composito ne quicquam pessima vultu,* Stroza  
*Conari veteri reddere servitio?* Pater.  
*Nam mihi promitti fallacia plurima nula,*  
*Ast ego dedidici credulus esse nimis.*  
*Crede mihi non sum, quem posthac fallere posas,*  
*Sed fugiam cauto retia nota pede.*  
*Nec vclusi canis ad vomitum mox ipse rediba,*  
*Exclusum foribus me semel esse sat est.*  
*Te teneat solus, secum tuus ipse Cupido*  
*Regnet & arbitrio se regat usq; suo.*

N

III

Ille tuis leges imponat amoribus unus,

Et vigil obseruet singula facta tua.

Si tamen amboram levitas incognita non est,

Haud stabit longo tempore vester amor.

Nam neq; tu poteris uno contenta manere,

Nequitiam & fastus nec feret ille tuos.

Adde quod annorū, & prime bona gratia forma

Decidit, atq; etas sex tua lustra videt.

Et tibi corrupti medio medicamine crines,

Vt folia Autumno iam veniente cadunt.

Nam solito fulgore micant ardentia quondam

Lumina, non idem permanet oris honor.

Nec minus infecit dentes color ater eburnos,

Et reliqui, amissis quatuor, usq; dolent.

Quaritur unde illis mutatio tanta repente

Facta sit, at fuci causa fuerē tui.

Nec potes infelix damnum celare pudendum,

Et frangis blaso singula verba sono.

Turget ab ingrato pingui tibi corpus ineptum,

Vixq; vales tardos lenta movere pedes.

Qualis anhela gravi mendicat Toscia passu,

Dum pro nubenti virginē dona petit.

Plurima sunt etiam, quæ si numerare labarem,

Longa nimis de te surgeret historia.

Ista tuo Paridi fastidia, credo, moribunt,

Ignis hic incipiet frigidus esse cinis. (bernis

Namq; vaga exhaustis quavis tibi Grimma ta-

Succorum tota quicquid in urbe ferat.

Plurag;

Ploragi quam Circe, quam Colchis gramine misse  
 Incedas vario picta colore genas. (rens:  
 Non tamen efficies, te sic mirentur ut olim  
 Carmine cum primum es nobilitata mea.  
 Una pretius vulgi cum pars ignota fuisse,  
 Cepisti insignis laudibus esse meis.  
 Es nisi iam malles vitijs corrumpere, si quid  
 In te contulerant Arsive, Deusve bona.  
 Nulla dies poterat nostros dissolvere amores,  
 Prima mihi fueras, ultima cura fore.  
 Nunc ubi contempti ratio te nulla pudoris.  
 Nec mea cum longo tardat amore fides.  
 Us violenta raunt abruptis flumina ripis,  
 Sic te precipitem turpia vota ferant.  
 Sed graviter tua me licet inconstans ledas,  
 Perfida, non hostis, non tibi amicus ero.  
 Libera vindicta quin si mihi copia detur,  
 Nil me ultare mali, nil habitura boni es.  
 Quod si non aliam pateris pro crimine paenam,  
 Mens infert gravius conscientia supplicium.  
 Te non illa die, te non requiescere noctes,  
 Accedant quamvis prospera multa, sine.  
 Illa tibi ante oculos periuria mille reponet,  
 Mille tuas artes, multi pllicesque dolos:  
 Et referet, quam nunc disset tua forma priori,  
 Quamq; tui similis non videare tibi.  
 Quae sua sit levitas, & quanta superbia pectus  
 Impleat, & quantum sit tibi equum.

*Cura* illa mea, verumq; ostendet Amorem,

*Fidaq;* iam longi temporis obsequia.

*Tum quicquid pro te veldixi, ingrata, uel egi,*  
*Propones animo sola relict a tuo.*

*Nam vix novus iste tuus offensus amator,*

*Quam facile incepit, tam citò deficit.*

*At cum risus eris populo, cum fabula fies,*

*Tristis ego in multis millibus unus ero.*

*Non quod iniqua mihi fortuna occurrit amoris,*

*Aut mihi iacture sors sit acerba nce.*

*Sed quia tale nihil sperans de te improba quondam,*

*Iudicio incanus fallor ab ipse meo.*

*Non tamen aut ista capior nunc prius ab arte,*

*Fraudibus aut vestris nunc ego finis ero.*

*Multus passus idem est, & idē patietur amator,*

*Pluraq; que nostris sunt graviora matis.*

*At tu infamis eris, turpissim; notabere culpa,*

*Transfixa aeternis undiq; iudicijs.*

*Nec patiare diu convicia tanta superstes,*

*Illa ubi exemplum nobile Myrrha dabis.*

### In Butanam.

*Cur tuis uti recasem*

Seydelius.

*Scire vis amoribus,*

*Nec tuo BUTANA vulnus*

*Conamovere me queas?*

*Non sint me casta quaream.*

Musa

*Musa tecum ludere,  
Si velim, florent iuventae  
Non habes iam perditum.*

*Ruga p' genas aravit  
Sulculos tetterrimos.  
Irisflunt nives capillis  
Vi pruina graminis.*

*Quos ego cernens stupeisco,  
Cen Medusam caput.  
Agidi Minerva vultus  
Si tuos imponeret,*

*Gorgonem putaret omnis  
Esse, quisquis cerneret.  
Corporis quid indecorum  
Dedecus dicam tui?*

*Turpiter molem velut, por-  
cis, signatam trahis,  
Qualis oris halitus sit  
Refro nihil talis*

*De labellis basiorum.  
Credo sed esse fætidum:  
Te pudica iura Zone  
Dissoluta crimine*

*Bis gravi ream dedere.  
Macha nec famosior  
Thais olim vixit: infans  
Omnis ungue te notat.*

*Hac, aie: que valit Puella*

Nij

Dicer

Dicier, bis mater est.

Et suum partum necatum,  
Colchica crudelior.

Matre, sustulit latere

Crimen, & libidines

Num putas BUTANA? primos  
Obvios interroga.

## AB INFIDELITATE,

&amp;

## Inconstantia.

### Ad Næviam.

Tosca-  
nus.

Te iurante mihi furtiva munera noctis

Credideram verbis pondus inesse suis:

Et leta capiens vix mentis gaudia, Solem

Orabam celerem conderet axe diem.

Adfuit ut demum nox fulvo opatior auro

Nocte tuam petimus, speq; iubente lare.

Inveni rigido suffultos obyce postes:

Combibit & lacrymas ianua surda meas.

Hec est pacta fides? quid te fallacius una

Esse potest recipis NÆVIA, nec recipis.

### In Amicam.

Politia-  
nus.

Allicis, expellis, sequeris, fugis, es pia, & es trax.

Me

- Me vis, & non vis, me crucias, & amas.*
- Promittis, promissa negas, spem mi eripis, & das:*
- Iam, iam ego vel sortem Tantale malo tuam.*
- Durum ferre suum circum salientibus undis,* 22
- Durius in medio Nectare ferre fitim.* 22

### Ad Parthenopæam.

- Quid prodest varium vestis mutare colorem?* Strom  
Pater.
- Quid iuvat in nitidis Indica gemma comis?*
- Perfidus, heu! nostra Siculus discessit ab urbe,*
- Abstulit & sensus, PARTHENOPÆA, tuos.*
- Difficile est culu, & verbis celare dolorem,* 22
- Frons aperit quicquid dissimulare cupis.* 22
- Sed ferus ille fuit tantos qui rupit amores,*
- Nec domina misericordia fletibus ingemuit.*
- Tu tamen exemplo levibus potes esse puellis,*
- Quelibet ut fidos discat amare viros.*

### Ad Lesbiam.

- Audit Syrenas, qui te audit dulcè canensem:* Gyral-  
dus.
- Et qui te cernit Gorgonis ora videt.*
- Hinc riget alta silex, subit inde pericula Poni,*
- Et gemina per te, LESBIA, mors perit.*

### Ad Iuliam.

- Luminibus fundis tot lumina & illisce vultu,*
- Nisiij 72

*Vt Cytherea tibi cedere iure queat.  
Horrida tot rur sus celas sub pectore monstra,*

*Vt tibi Phorcynis cedere iure queat.  
Sicq; trahis miseros illis, his perdis amantes:  
Cypride pulchra magis, Gorgone seua magis.*

## AB INGRATITVDINE.

In Amicam ingratam.

Dactius! *Tempore, amore, fide, precibus, lacrymisq; perenis  
Servilio nunquam flectere re potui.*

*Quid non perfeci? quid non te propter omisi?  
Redditur officijs hæccinè palma meis?*

*Quæ pietas? hominis quid in iſio corpore regnat?  
Thrax flexit Stygios mœle minore Deos.*

*Et dubitabit adhuc quis contingentia rerum  
Nomina naturæ nec ratione dari?*

## A MORIBVS.

Ad Næram.

Secun-  
dus. *Lumina mihi atq; animū capiit tua candida forma,  
Moribvs offendor, torva NÆRA, tuis.  
Nec mihi nuda places, sed cum vestita recumbis,  
Basia me capiunt, non amo concubitus:  
Quot doles natura dedit totidem sibi mendas*

Addi-

Addidit, & tamen heu! te, te ego depereo.  
 Nimirum cacus non est cum pulera tuetur,  
 Tunc Argiope, tunc & Lyncea vincit Amor.  
 At mendas spectare averfa fronte recusat,  
 Tunc & Tiresia cæcior & Thamira.

## A TVRPITVDINE.

## Ad Gelliam.

Te speculum fallit; speculum nam Gellia verum      Morus.  
 Si semel inspiceres, nunquam iterum inspiceres.

Fugeret ad Parthos, vel ad Herculis usq[ue] columnas  
 Visu semel, positis vestibus, Antipatra.

Mentitur qui te dicit, mea GELLIA fuscum,  
 Iudice me non es GELLIA fusca, nigra es.

## Ad Nartiam.

Olfaciam citius fugientem NARTIA vulpem,  
 Si qua vel in Barathri fauce Mephitis olet,  
 Excussam quam te post tot crepuscula somno:  
 Impexam præfers tunc mihi Tisphonem.  
 Mox preciosissimis lascivo serica moschbo.  
 Suave nec hoc redoles, hoc male re potius.

Forcatu-  
lus.

Ad

## Ad Amicam.

Stepha- *Nunc dicas, salve, pergit cum gratia vulnus,*  
 nus. *Candidior Lydo qua fuit ante sibi.*  
*Accedisq; ultrò postquam cecidisse capillos,*  
*Et capui nitidas cernis abisse comas.*  
*Obvia ne venias, vulnq; innixa superbo,*  
*Pro pulchris legitur non mihi spina rosis.*

## In Gallam.

Sconzus *Cum sis deformis, cur vis formosa videri,*  
*Ascitoq; tibi, GALLA, colore places?*  
*Ut frontem, mentemq; linas, na sumq; genasq;*  
*Nec nisi compositis ingrediare comis:*  
*Praterea varijs niteat caput undiq; gemmis,*  
*Tinctaq; te Tyrio murice lava tegat:*  
*Tetamen in pulchra deformem ueste vocabo,*  
*.. Nec fucis capiar, decipiari et tuis.*  
*.. Me neglecta iuvat natura gratia forma*  
*Gratia muneribus sat decorata suis.*  
*Hanc tibi difficilis quoniam natura negavit,*  
*Non poteris, quamvis compta, placere mihi.*

## Ad Barbaram.

Sabinus. *Pulchra fores, Lybica nisi virginis instar, haberes*  
*Fusca coloratam BARBARA sole cutem.*

Ad

## Ad Lycen.

*Pulchra, cupis disci deformis: candida, nigra:  
Memor, es pulchra, es candida tota LYCE,*

Rogerius,

## In Gallam.

*Desine te castis GALLA adnumerare puellis*

*Casti est que casto pectore casta manet.*

*Casti manus, quoniam facies tua terret amantes,*

*Nemo tuas noctes concubizumq; rogar.*

## A CRASSITIE.

## Ad Cæliam.

*Prestas et mas maciem, mea CÆLIA charior ut sis,*

*Ut caper a nitida sit procul iste cute.*

*Dœva leporifero cingat te Cypria Cesto*

*Longior hic ulnis si queat esse tribus.*

## A SENECTVIE.

## Ad Cæliam.

*I legge nunc florem, si floris praserit atas,*

*Non florem at senses, ut tibi, cana leges:*

Ad Iuliam.

*Formosam mulier clamans te IVLIA: quare?*

Angenianus.

Vulcius

Munera

Digitized by Google

*Munera das illis plurima, nulla petis.  
Desine dona dare, & poscas ibi IVLIA manus,  
Tu quo vis fies Indice turpis annus.  
" Aurum non facies oculos perstringis amanton,  
Ut facias gratis, IVLIA, nil facies.*

### Ad Omelliam

Seydeli. *Te petere uxorem miraris, OMELLIA, nullum,*  
 " *Quae sit vera volo dicere causa tibi.  
Nemo sibi talem cupit associare pueram,  
Quam possit matrem iure vocare suam.*

### X I.

## EXCVSATIONES, ET VENIAE PETITIONES.

### Ad Fulviam.

*Gradius. Scilicet ut veles nostro sub criminе culpam  
Ipsa tuam, de te nec prior ipse querar:*

*Neve*

*N*e vè iniusta me credatur causa repulse,  
*F*ingis in immatum noxia facta caput:

*N*e si oculi nostros me divulgassem calores,  
*I*actansem poto verba superba mero.

*T*alis ego tibi sum tam longo cognitus usus  
*F*VLVIA, sic mihi nil pectoris esse putas?

*S*ancta Dionaea ut male sinus munera Divae  
*I*gnorem & valucris sacra filere Dei?

*A*b! quicumq; suis demens eliminet ignes,

22

*C*onscia cui non est ipsa puella satis,

22

*A*b! pereat: qualis dum se sequitur q; fugit q;

22

*I*xion rapida volvi: urus q; rota:

*Q*ualiter aut capiat semper cedentia poma;

*E*t sit in medio garrulus amne senex:

*I*pse adeo, si quid sum per tua vina loquutus,

*B*acche potens vino toxica mixta bibam:

*T*eius aut veluti vates iam stranguleruris,

*C*yclopis è fera tristia fata feram.

*T*ene ego, se ledā, mea FVLVIA? qua mihi Musa,

*Q*ua mihi menses carminis una mei es?

*S*i qua culpa mea est marcescit tempora circum-

*S*iccus Apolline etiam mihi si quondis honor:

*R*ideat & sua me indoctum per compita vulgus,

*C*onspiciam famæ vulnas & ipse mea.

*T*u quoq; sancta Venus, si arcana sacrata retexi,

*H*oc precor infusis ignibus ire iecur:

*V*ti me fidorum turba execretur amantum,

*E*xemplum male garrulisatis eam.

Iacta

Iactatusq; miser nebulosis duriter Austris,  
 Aequora que fulco, per tua, magne puer,  
 Differar in cautes laceranda puppe latentes,  
 Faucibus infidis iam bibiturus aquas:  
 Sydera nec videam nostri restringida cursus,  
 Dum desperatam deprimit undaratem.  
 At si nostra nihil peccavit FVLVIA lingua,  
 Sed te per populos qua licet usq; uehis.  
 Cynthius ardentes qua singit in aquare curras,  
 Quaq; aurora iugis surgit olympiacis,  
 Quaq; videt caeli è medio Sol aureus arcu  
 Quicquid & Occasus, quicquid & Ortus agit.  
 Si bene qua possum mereor, mea FVLVIA de te:  
 Prost constanti semper amasse fide.  
 Aut hoc, si scelus est, peccasse ignosc fatenti,  
 Lux mea, quo peccem sic tibi semper ego.  
 Tu saltum ô duros tandem miserata labores,  
 Ante cruenta mihi, sed modò sancta manus,  
 Que mea sapè feris, sapè & mea pectora sanas,  
 Alba manus lacrymis sapè rigata meis,  
 Desine ferrato crudelia claudere vecti  
 Limini: (non hac te cura profana decet.)  
 Sed mibi perpetuum vernantem tempora laurus  
 Cinge libens: dicar vates ut esse tuus:  
 Et que pro geminis Arctis duo lumina sector,  
 Sub solitos portus carbasa nostra regant.  
 Ad Candidam.  
 Quisquis amas (aiunt cuncti) fuge corpus amatu  
 Vivere

*Vivere si cœlo liber ab igne cupis.*

*Hes mibi! te quoties fugi, mea CANDIDA? fugi:  
Semper at in nostro pectore regnat Amor.*

*Ece iterum fateor, fugi te, CANDIDA: verum  
Es potus, & possum dicere, semper amo.*

*Sive abeo in sylvas nobis succurrat Adonis,  
Ee fit tristitia conscia sylvam mea.*

*Sive placent horæ, quæ florum hic millia cerno,  
Tot stimulis caput me premit asper amor; (thos,*

*Narcissum hic crocèn video, binc flentes hyacin-*  
*Hinc miser ante oculos pulcher Adonis adest:*

*Magna quid' nostræ fateor medscamina flama.  
Ardeo tunc flammis torus Amoris ego.*

*Hic videoor Cereris fugientem cernere natam,  
Hic videoor furvi cernere ditis equos:*

*Lætora si specto, vires tunc cogito Nymphas,  
Fervidaq; in medio numina sapè mari.*

*Quò magis evado montes sublimis in altos  
Hec propior Veneris sit puer ille mihi.*

*Si placeant urbes, vis ut semel omnia dicam?  
Illi quum videam plurima, nulla placent.*

*Illi nunc carpo oculos, nunc illius ora,  
Hec capite, hac pedibus displicet, illa genis.*

*Deniq; materies si desit, crimina fingo:  
Et quacunq; alijs cädida, nigra mihi est. (sens,*

*Quid prodest fugisse igitur, cum CANDIDA pre-*  
*At q; adeo lateri sit comes ipsa meo? (men,*

*Ymbra iuuur merito quadret tibi CANDIDA no-*  
*Tale*

Tale tamen nomen non decet iste color.  
 Humanum potius debes deponere nomen,  
 Vna simus gemino qua potes esse loco.  
 Parce rogo, quaecumq; Dea es: subierit ex ipso  
 Anchisi se se (res bene nota) Venus.  
 Ecce fugam facio, veniam ne, Diva negato,  
 Sepè mihi veniam Iuppiter ipse dedit.  
 Ipse quidem prima mox ad te luce revertar,  
 Quasq; volez panas, si patiare feram.



## XII.

## VALEDICTIONES.

## Ad Rosinam.

Melissus. En mea sunt acriter transfixa Cupidinis arcu,  
 Et nimis, hei! cæcum pectora vulnus alunt:  
 Vulnus alunt herbis sane medicabile nullis.  
 Morbum nec curant verba nec herba meum.  
 Sola ROSINA meo poteris medicare dolori,  
 Sola mihi curas demere corde graves.  
 Unica consumptis potes artibus addere vires,  
 Unica languenti ferre salubris opem.

Vris



*Vrit Amor mente em meditanti nomina solum:*

*Quoq; magis meditor, sc̄vius vrit Amor.*

*Ac subit imprimis latissima lucis imago,*

*Obvia quā primum lumine visa mihi es*

*Festa dies eras: haccē novo nova nupta marito*

*Vincula sacra cesti dissoluēda dedit.*

*Succubus in septis horti pudibunda legebas*

*Pallentes violas, Elysiasq; rosas.*

*Heic ardens in te quam lumina fixa tenerem,*

*Vultibus herbas tu quoq; fixa meis.*

*In gemmis perepidiq; micant in pectore fibra;*

*Et sensi totas pallidus esse genas.*

*Spectantis nitido mistum candore ruborem*

*Nescia conticuit lingua pudore loqui.*

*Proutius accendit mihi subdita flāma medullas,*

*Inq; meo regnans pectore erexit Amor.*

*Tum quæ sis rogito; neq; enim mihi nota fuisti*

*Ante, peregrinā dum moror obfes humo.*

*Hinc flamas hanisi, rapidosq; sub osib; ignes*

*Concepi, forma raptus Amore tua.*

*Vix ica floridulo speciosa Semiramis ore,*

*Vix Helene talis, pulcrave Nais erat.*

*Inferior longè est formā palcherrima Iuno:*

*Flavia tibi cedat Pallas, & alma Venus.*

*Cen niveo suffusa nitet rubra purpura lacti,*

*Alba ve paniceis lilia iuncta rosis;*

*Sic faciem roso pinxit natura colore,*

*Sic color in novis purpurat iste genis.*

Sidera Tyndaridum radys tua lumina vincunt,  
 Precipua flamma causaq; fax q; mea.  
 Non frontem mirer sine ruficitate pudentem?  
 Labraq; Erythreis emula coraliss;  
 Labra adeo facunda loqui, linguamq; disertam  
 Verbaq; Cecropij nectare tintet a salis?  
 Ut crines flavent! ut candet eburnea cervix!  
 Ut nivea incingit colla monile teres!  
 Ubera vel malis sunt ad similanda rotundis  
 Candida, conseruo non reseranda suntu.  
 Qui decor incessu! quam splendidus arte paratus?  
 Qua levitas manuum, strenuitasq; pedum!  
 Singula quid referam? præstans in corpore tota es,  
 Tota es præsignis, tota decore nites:  
 Moribus & cassis es prædicta propter eosdem  
 Te quaq; plus, quam quis credere possit, amo.  
 Carpor amore nimis, casto tamen. O pare flamma  
 Et simili telo sucia corda geras!  
 Sentio nunc deum, nec longo edictus ab usu,  
 Quid sit, dum rapida me face torret, Amor.  
 Oro sed ignoscas ignes animumq; facenti:  
 Verus Amor(cernis) ne scit habere modum.  
 Te mibi præ reliquis, quas urbs habet ista, puellis  
 Eligo, cui dicam: tu mihi sola places.  
 O liceat tecum traducere mollia vita  
 Quamvis de certis tempora litoribus!  
 Sit mihi, seminum stirpis, qui filius olim  
 Te caram matrem, me genitore, vocet.

Amore

*Anne que so meis ardentibus nonne votis,  
 Aare meas surda nec bibe dura preces.  
 Hoc animo sedeat, quod criminis purus amarim:  
 Nullus in hoc unquam pectore fucus erat.  
 Proinde meum speremus tuo, carissima, tandem  
 Coniungi lateri posse ROSINA latus?  
 Vnde memor nostri, Pythios longava per annos;  
 Hacq; tuam mentem tangere vota sine.  
 Sim, maneamq; tuas per saxa, per arma, per un-  
 Perq; ignes, gravius si quid ex esse potest. (das;  
 His mea VITA, vale, vale ô mea summa voluptas:  
 Vi q; diu vivam, LVX mea vive diu.*

### Ad Rosalbam.

*Discedo, mea VITA, vale: mea VITA, valere  
 Si miserum cupias me, mea VITA, vale. Blyen-  
 burgius.  
 VITA vale, ah! geminas tandem lacrymasq; coerce,  
 Quid turvas, heu! roseis immaduisse genis?  
 Est mens ille tuis imber qui stillas ocellis  
 Sanguis, sunt geminus pectoris aura mei.  
 Parce tuis lacrymis, gemini tandem ô bona, parce,  
 Sic vita parces, unica vita, mea.*

\* \* \*

*Nunc abeo, patriamq; neam nunc visere cogor  
 LVX mea, lumenib; charior una meis.  
 Nunc abeo; verum hanc animam linquo ob sidem  
 Ipse mei, hac anima leniter excipias. (amoris  
 Quid  
 • ij*

Quidrides? quasi ego absp<sup>q</sup> anima nō vivere pos-  
sim;  
Desine, quippe mea sola anima ipsa anima es.

## Ad Neāram.

Bondu- Sic me, NEĀRA, consumacior spernis?  
nius.

Sic despicaris, & fero fugis corde?

Fugis superba, & vota supplicis rides?

Ridebo & ipse tete, & in vicem durus,

Te despicabor perfida, & tuos fastus

Fastu retundam: Iamq<sup>z</sup> tu mihi longum

Vale NEĀRA, indigna cantibus nostri,

Indigna Musis. Matrias tibi semper,

Tuos habeo, te q<sup>z</sup> Martie semper,

Gens inficeta, plena ruris, insulsa,

Aversa Musis. Rursus o mihi rursus,

Vale NEĀRA dedecus Puellarum,

Vrbisq<sup>z</sup> probrum. Nam quid ipsa me spernis,

Quid despicaris, quem Turilla firmosa,

Turilla blande, Flos Turilla Nymphaeum

Complexa sponte vindicat q<sup>z</sup>, iam dudum,

Sibi q<sup>z</sup> poscit: que q<sup>z</sup>, iam meo canu,

Superbat tollit arduum caput cedo,

Et se Corynnis, se q<sup>z</sup> Lesbijs confert.

At tu NEĀRA quam tuam vicem quondam

Tacita dolebis! & tuum argues fastum?

Quam merequires & vocabis incassum.

## Ad Deliam.

*Hinc Romanam subito proficisci DELIA cogor:*

Incertus.

*O uinam inerea sis memor usq; moi.*

*Quid loquor. ab! patero. sine te discedere? nūquid  
Deserā ego hos oculos? deserā ego banc animā?*

*O iter impediant venti, cibraq; procella:*

*Dī terram vastis spargite fluminibus.*

*Nam totū id tempus sine te quod LVX mea, vivā,  
Haud vivam, infelix, hec! potius moriar.*

*Sed moriar. nam cur cupiam amēs dacere vitam*

*In cura hac animi, in continuis lacrymis?*

*O Superi si fas igitur, quam cara relinquam  
Limina, vos animam eripite ante mihi:*

*Et simul ac roseis adiungam labra labellis,*

*Annuite ut statim hinc spiritus aufugiat.*

## Ad Næoram.

*Puella mure delicior Schyra,*

Marullus

*Folīve serici comis,*

*Vel educta rure Pestano rosa,*

*Vel anseris pluma levi:*

*Eademq; duris dura eantibus magis,*

*Quas suadit hybernūm māre,*

*Cum nubilo sis Africas pennis gravis,*

*Savit ligustico fave;*

*Remitte cor, si quis pudor, mihi pacem:*

*O iij*

*Quod*

*Quod mille cepisti dolis,  
Dum nunc ocella dulce subrides nigro,*

*Nunc fronte spem certa facit  
Quod nunc habes in vinculis quasi Syrum;*

*Ani compaxum Sarmatam.*

*Verum remittere, Dura, non ultra tunus:*

*Iam enim regas melior sibi:*

*Qua nos ocellis diligit suis magis,*

*Neg' hoc, neg' illud impurat.*

*Aste pueras scilicet firmum tibi,*

*Tot herbara affectum modis?*

*Quanquam beati centies & amplius*

*Siquos tenaci compede,*

*Qua prima vix dum puberes iunxit fides,*

*Eadem extalit pios senes.*

\* \* \* \* \*  
*Quo te depereo magis magisq;*

*Odissti magis & magis NEERA:*

*Nec te noster Amor movet, precesq;*

*Nec vides fieri tuo periculo,*

*Quam necem mihi scilicet minaris.*

*Non, non sum meus amplius NEERA.*

*Vt iam dispeream tuus peribo.*

### Ad Puellam Etruscam.

*Puella Etrusca qua mecum*

*Pectus tot annos perdiste*

*Torsisti*

Torsisti amore mutuo,  
 Nunc nacta inanes dissidi  
 Causas novas amoris  
 Servare incepit a fatis.  
 Sacriq; vasis aplocum  
 Assister amantes nobiles,  
 Vsura quos pascit gravis,  
 Et infirmita patitur.  
 Qualis decebas scilicet,  
 Quem Dij, De aggrim improbi  
 Sceleris ut equum est, puniunt.  
 Vale Pudla perfida,  
 Olim Marulli occidit;  
 Indigna nostris signibus,  
 Indigna tam certa fide.  
 Me post nemora frons,  
 Vel nulla quod magis valim,  
 Vel certe habebit frons.  
 Tu spreta cum domum scies  
 Quanum profani & sordidi,  
 Distant Marulli amoris.

### Ad Cephalent.

Nil agis, o CEPHALON, nullo te praefequor igne:  
 Pallida non fecies, nec tua forma placet. Seydelius.  
 Ergo vale nostrum tactus non amplias uras:  
 Qui forma laudet munera quare tue.

O iij

Amica

## Amica Amatori.

Stepha-  
nus.

*Vrere nunc ignes cessant, nec vana labore  
 Amplius, & morior, Sed Venus ambo erit.  
 Os sa per & carnem praefracta, corpora serpit  
 Dente vorax, & qui spirat acerba puer.  
 Placatur positis ingens altariis ignis,  
 Cum dedit extremos victimae cesa cibos.*

## Ad Fanniam.

Ponta-  
nus.

*Quid mihi tam multas proponis PANNIA penas,  
 Et cupis in tantis excruciare malis?  
 Sit fatis interdum gravibus me affligere verbis  
 Et miserum de me sumere supplicium.  
 Non ego servitium Domine tam mite recuso.  
 Ah! pereat, si quis venuula & ipsa timet?  
 Luminibus sed dura meis se substrahis, & me  
 Excludis posita clausa fenestrâ sera.  
 Sed nunquam ponui lacrymis aut flentibus ullis  
 Efficere ut nobis mittior ipsa fores.  
 An quia te à teneris dileksi puriter annis,  
 Hoc meruit duro perfida longus Amor?  
 Quid si me alterius capissent lumina? quid si  
 Altera in amplexus isset amica meos?  
 Hoc non carie nisi ferro, scrupulo fideliter uni.  
 Hoc nescit comea semper amasse fide.*

O pereas

O pereat quicumq; colit tenerasq; puellas,  
Et dura sequitur militiam Veneris.         ,,  
 Et mibi si posthac fuerit qua gratia tecum  
Dilaniens avidi, tuum mea membra tups.  
 Tuum mea membra avido discerpas guttare cornu,  
Effodiant q; oculos, qui mibi causa mali.  
 Ab valeat Veneres, valeat mala gaudia Amoris  
Casta placent, luxus desidiosae, vale.  
 Iam mibi Francisci tunicam chordamq; parate:  
Iam teneant nudos lignea vincula pedes.  
 Quam iucunda mibi res summa? queis ego cælum  
Emeream, cum me solverit altra dies.  
 At tu nunc nostros flebis defera labores,  
Cum subeant Veneris dulcia furta mee:  
 Cum subeant dulces quas tecum ducere noſtes,  
Sepè admirata es, laſſaq; facta prior.  
 Sed quid tū lacryma? quid rū tibi vota? preces ues?  
 Quē semet expuleris nō revocatur Amor.         ,,  
 Non mibi cara quidem poteris, non bella videri:  
 Non si sic fieri Iuppiter ipſe uelit:  
 Et licet in te aliis deves suspirer Amator,  
Exemplo fraxie cauior ille meo.  
 Ac ne quem lateas quam sis non mitis amanti,  
Sævitiam dicet parva tabella tuam.  
 Quā legat & invenerumq; chorus, doct̄aq; puella,  
Et quicunq; tuam sensit Amor pharetram.  
 FANNIA despctos semper fastidis amantes,  
Hoc illi uitium mazcr iniqua dedit.

## Ad Nezram.

Bucha-  
nus.

Risus, blanditia, procacities,  
 Luxus, nequitia, facetiae,  
 Ioci, deliciae, & illecebra,  
 Et suspiria, & oscula, & susurri,  
 Et quicquid malefana corda amantum  
 Blandis ebria fascinat venenis,  
 Hinc facestis: iam vale NEERA.  
 At tu mens bona, sanitas, salus,  
 Continencia, castitatis, pudor,  
 Et modestia, veritas, simplex,  
 Fraudes aeribus inueniens ocellis,  
 Et quisquis malefana corda amantum  
 Funestis Deus eximis vencis  
 Ad sis ad sere me mihi impotens  
 Vix tandem Domine iugo soluvis.

Frustrà blanditia appulisti ad me,  
 Frustrà nequitia venitis ad me,  
 Frustrà dolitia obsidebitis me,  
 Frustrà me illecebra & procacites,  
 Et suspiria, & oscula, & susurri  
 Et quicquid malefana corda amantum  
 Blandis ebria fascinas venenis  
 Frustrà iam aggrediemini dehinc me.  
 Quid me molitus implicas lacertis?  
 Quid procacibus, invenire ocellis?

*Quid fallacibus osculis anescas?*

*Ne labris, labra inepta, pectori vè*

*Pectus consere, machinis net istis*

*Vllus iam superest locis, recartis:*

*Non sum stultus ut ante. Iam NEERA*

*Vale, dum bona, dñm pdica nobis*

*Charis charior estimata ocellis.*

*At postquam es mala, & impudica, nobis*

*Vili vilior estimata ceno.*

*Eheu! me miserunt statim volvè*

*Vnda lucida per gentes, sinusq;*

*Insulat tremulo fugax rotatu:*

*Et per turgidulas fluens papillas*

*Sensim gemmeus intumescit imber,*

*Molles agglomerans decenter orbis.*

*Ergo hæc possum ego lentus intueri?*

*Cernam ferreus ergo, saxeusq;*

*Corrumpi male tam bonos ocellos?*

*Hac si possum ego lentus intueri,*

*Possim & ferreus esse saxeusq;*

*Quin vos mens bona, sanitas, salusq;*

*Continentia, castitas, pudorq;*

*Et modestia, veritasq; simplex*

*Fraudes acribus intuens, venenis,*

*Hinc facessite: vos adeste rursum*

*Risus, blanditia, procacitates,*

*Lusus, nequitia, facetiaeq;*

*Ioci, deliciae, & illecebre,*

*Et suspiria, & oscula, & susurri.*

*Et quicquid male sana corda amantum,*

*Blandis ebria fascinat venenis,*

*Sic me vivere, sic mori suave est.*

### Ad Cinnamam.

Potamus. Panxillum quod amas, me CINNAM A, ~~num~~ bene

Plus tibi quāq; oculis credis inepta meis? (velle)

Non amo te facio (quid enī simulare necesse est?)

Si mibi nec bene vis, nec bene velle cupis.

### Ad Fastiam.

Theseus FASTIA adhuc servis, aetrum & deludis amans;

Pulchra quidem est facies sed tibi nulla fides.

Verte truces oculos, quid eburnea colla recondis,

Labra coloratis quid magè rubra xofis?

Verte rogo, quid acerba fugis pernicior Austro?

Quid clausa est nitido dura fenestra die?

Cerner te tantum licet hinc, referetur oportet,

Ut tua, mī<sup>3</sup> cupido forma patere queat.

Heu! Heu! surda manus, nec vis audire querentis

Verba procellosis deripienda Notis.

Presentem nisi opem culcris, mibi morte cadendū

Frugi tu servum perdere damna facis. (est,

Consulere ergo tibi poteris. si me aqua invabis,

Qui lati propero tristis adire viam.

Ecce

Ecce venis, urinam tandem nite scere possis,  
 Et curam incipias velle levare meam.  
 Rursum abis speras a missis non gaudia durant,     ,,  
 Vistam hora, hen! mortem tradit & una mihi.  
 Inconstans, fragilis, severaria, lubrica, quid me  
     Ut lepus ora fugis fortium anhela canum?  
 Haud hostis tibi sum, sed cunctis viribus ardens  
     Hostibus annitor semper obesse suis.  
 Irem audens contra, quamvis numerosior esset  
     Vndis turba salis, sideribusq; poli.  
 Acre caput cuperem pro te obiectasse Chymara  
     Dicier atq; avidis membra dedisse feris.  
 Despicis ben' miserum, valeas, piceumq; Barashru  
     Cum tam peruerso, FASTIA, more subi.

## Ad Deliam.

Sint alijs comites fuscis, mea DELIA, Solis     Spinula.  
     Quos nigra admotis India torret equis:  
 Sint & opes magna, cunctarum & copia rerum,  
     Et quicquid Latio dat Tyros, Afer, Arabs.  
 Sint vestes illis tenues, diamanta, pyropi,  
     Quicquid odoratis fertur ab Armenijs:  
 His etiam cura miseris cumulencur edaces,  
     Abrumpant somnos, tristia corda coquante.  
 Quarum tu laudes sortem infelicius illis  
     Prorsum (crede mihi) non genus est hominum.  
 Quid capis hac igitur felix, tua si bona noris

Commoda

Digitized by Google

Commoda quæ tantis fane camisia molis?  
 Quæ tractare manus serpentes famina diras  
 Ansa est, re multo ditior illa facta:  
 Ditior illa, novis cui misericie ipse virgines  
 Flebant stensi propria terra venenosa manus.  
 Ditior infelix Monima, & Milesia, que se  
 Suspendit laqueo mest'a, iubente visco.  
 Auri sacra fama in quo perducis, amorq;  
 Aris, divitiae, gloria, forma, decor.  
 Virgo tua gentis flos, DELIA, ut ipsius, omnes  
 Quam Veneres unam surripuisse ferunt.  
 Quid Reginorum capiens diadema, veneno  
 Murasti ambrosiam, stulta puella tibi?  
 Murasti exilio, patriamq; virumq; Tyranno,  
 Et vita horribili gaudia cuncta nece?  
 Sors inimica bonis manilia & aurea demis,  
 Stupea & immixta vincula necis ei:  
 Inunc, & credas mortali insana superbo,  
 Huic Graze invideas & diadema. vale.

## Laura.

Taygetus.  
 Hic mea procubuit LAVRVS, quam lumine dire  
 Arsere astivis sydera lava canis.  
 Lugeat Sonides, Dryades lugeat sorores,  
 Et cineres Arabo spergite rore pios.  
 Sol qui Daphne a gemuisti accensus amore,  
 Heu quanto melior sorta tua sorte mea est?

Dñ

Dū Dapbni amittis, surgit pulcherrima LAVRVS:  
 LAVRVS nostra cadit, nostra Puella iacet.  
 LAVRA iacet nec que nivea cervice fluebant,  
 Illius auratas iam movet Aura comas.  
 Sola bnumus hac rapto positur, mea gaudia claudit  
 Impia, delicias abstulit ista meas.  
 Redde meam mihi save lapis, mihi redde Puellā,  
 Improbe, quid lacrymis immaduisse iuvat.  
 Sed tamen & madeas & nostros accipe questus,  
 Cumq; bis & nardum, donaq; veris habe.  
 At tu qua felix calesti in sede virescis  
 Pulchrior, eternum LAVRA beata Vale.  
 LAVRA Vale, & tecum semper ploratus & aura  
 Anxia sit, dum cor nutriet Aura meum.

## In Fanniam.

Abs te ego cum solum me FANNIA rebar amari, Franchi-  
 In te (crede mihi) feruidus ignis erat: nus.  
 Ast alios etiam postquam bibis improba Amores:  
 Pectora sunt glacie frigidiora mihi:  
 Ergo vale: nunc vive tuis cum, Perfida, machis:  
 Non deeris nivea pulchra Puella fide.



VENERVM

Blyenburgicaruni,

Sive

HORTI AMORIS,

AREOLA SECUNDÄ.

LAVDES.

Ad CORNELIVM VANDER MYL, magni viri,

D. ADRIANI VANDER MYL Præsidis

HOLLANDIA prudenterissimi,

Filium primogenitum.



BOOKBRACI,  
Ex Officina Isaaci Canini.  
M.D.C.

# AREOLÆ SECUNDÆ DIVISIONES,

scilicet

## FLORES.

|       |  |         |
|-------|--|---------|
| I.    | Excellētia Fœminæ sexus.                       | p. 230. |
| II.   | Similitudines.                                 | 241.    |
| III.  | Laudes.  | 253.    |
| IV.   | Virtutes.                                      | 290.    |
| V.    | Musica.  | 295.    |
| VI.   | De Prudentia, Ingenio, & Eloquē-<br>tia Amicæ. | 300.    |
| VII.  | De Pudicitia, & Castitate virginū.             | 328.    |
| VIII. | De Pulchretudine Fœminarum.<br>pag.            | 339.    |

Genere & Virtute Iuveni  
nobilissimo D. CORNELIO VANDER  
MYL L L. candidato.

DAMASVS BLYENBURGIVS BATAVVS.

S. D.

**P**AVLO ante deceſſum tuū  
mī Cognate, mihi cōceſſe-  
ſeras Io:lo VINIANVM  
PONTANVM, ea conditio-  
ne, ut perlegerē, & ſi quæ  
int̄ elegantissima, iſpi-  
us scripta ſapientēr patiēr & doctē dicta  
inveniſſem, ſENTENTIA EVM mearū OPE-  
RI, quod præ manib⁹ habebam, appli-  
carem. Quod petijſti, & voluisti, per-  
feci: ac eundem ſecundo cum nobili &  
docto Iuveni SEVERINO ab ALVERIN-  
GEN Domino in OPPVVVGHEBN pri-  
vigno meo diligentius revolvens, reppe-  
ri etiam inſignia aliquot Epigramma-  
tam de Amore, quam in Amorem, &  
Amicæ ſuæ ſTELLA laudem ſcripta: quo-  
rū flores collectos, Milcſio meo Horto  
(quenq; VENERVM BLYENBURGICARVM ti-  
tulo inſignivit) inſerui: Cujus ſecundam

PY AREO-


**A**RBOPLAM in gratissimi animi erga' te mei  
 symbolum ævitemnum tibi, mi Cognate,  
 do, i.e. g. ARBOLAM, inquam, hæc secū-  
 dam, in qua promiseram me demonstra-  
 turum: *Quod in omni pulchritudine nihil abū-  
 daret, quam divini vultus splendor in rebus cre-  
 atis relucens:* quod quidem me nunc præ-  
 stitisse, non saltē ex PONTANI vestri, aut  
 mei MELISSI vel SVRCHT, verum etiam ex  
 divinis aliorum plusquam. lxxx. Poeta-  
 rum elegātissimorum Ellogijs, animad-  
 vertes; &, Verū unumquemq; Amato-  
 rem nō externam, sed internam formā,  
 internas opes, internam nobilitatem si-  
 bi concilia're debere: quamvis enim alijs  
 ex causis ortum Amoris initium, hic ta-  
 men est Naturæ ordo, vt ab his quæ sen-  
 sibus patent corporis, proficiamus ad ea,  
 quæ non nisi mentis agitatione perci-  
 piuntur. Sed quorsum, inquies, tu de A-  
 more quem veteranum, huic militiæ ja-  
 dudu' valedixisse oportuit? Nosti, nī fal-  
 lor, cuius opinionis fuerit Plautinus  
 noster STALINO, qui *Amore omnibus rebus*  
 & *nitoribus nitidis antevenire credebat;* hac  
 commotus, dum amicis meis idem illud  
 cupio persuadere, composui hunc hor-  
 tvm, in quo tanquam in speculo, perspi-  
 cere

cere licebit Amorum diversos effectus  
 hujus STALINONIS opinionem confir-  
 mātes. Et in hac tua AREOLA etiā proba-  
 bitur Amorem omnium aliarum rerum  
 negligentem, animos in cupiditatē for-  
 mæ, non sinè spe mutuæ charitatis accē-  
 dere: & Nullam esse virginē formosam, (utar  
 verbis divini SENECAE) cuius crux laudatur  
 aut brachium: sed illam, cuius universa facies  
 admirationem singulis partibus abstulit. Ta-  
 lem tibi conjugem (si fata velint) exopto  
 Cognate charissime, sed accedat pudor &  
 castitas vera matronarum ornamenta.  
 Hoc votum si tibi acceptum, & hanc o-  
 perā si amicè amicō dedisse resciverim;  
 mittam cuiam ad te TERTIAM hujus mei  
 HORTI ARDOLAM, quæ præter vota, suspi-  
 ria, desideria, & gaudia, ostendet quoq;;  
*Quæ nihil attingunt ad rem Amatorē sepè pro-  
 ferre adverso tempore: Concludens cum  
 SIMONE illo Terentiano:*

*Quicunq; cum ingenij conflictatur eiusmodi,  
 Neg; commovet ut animus in ea re tamen,  
 Sciat posse habere iam ipsum suæ vita modum.*


Valē, & gaude Festis hiscè Floralibus,  
 Anni cl. I. c.

P ij loco-



Iocoso LECTORI.

*Libera Musa animos à carmine sumit, & audes  
Mixta cupidinis eradere scripta iocis.*



## VENERVM

Blyenburgicarum

Sive

HORTI AMORIS,

AREOLA SECUNDA.

L A V D E S.



I.

Excellētiā & vires fœminei  
sexus.

De Cæliæ venatione.

Dum custodit agros canis, & loca pervia cingunt;  
Fila plaga, & flatu cornua plena sonant:  
Nunc hac, nunc illac, cœn fulmen perfurit; at quod  
Contra illam quisquam cominus ire pavet.  
Formidatis ait, Mavortia CÆLIA. uestes  
Complicas, effusas aptas in aure comas;  
Flectit equū in gyros, stringit venabula dextra,  
Ille ferox Domina concidit antè pedes.

P iijy Obſtr.

*Obstupuerè omnes: tunc quidam. Non ego miror,  
Nec stupeo ferro si fera cæsa fuit;  
Ecce potest oculis pulchris, & pectori pulchro,  
Armatos homines, & laniare Deos.*

### De Cælia & Amore.

*Ibat venatum in sylvas, tclumq; gerebas  
CÆLIA, & alispedi maxima stabat equa.  
Obvius ist volucris Puer illi, tclaq; vibrans:  
Ceriemus, fatur, dum geris arma, simul.  
CÆLIA sed ienerum ridens, ait, arma gerentem  
Stulte petis? non te vici ego ihermis? abi.*

### De Cælia.

*In me quum rueret facibus prætinctus & arcu  
Fortis Amor, dixi sum sine corde, vale.  
Non possum extingui, tota est mea vita sub illa,  
Illa ferox animum sustinet, illa tenet.  
Convolut iratus, sed pulchra ut lumina vidit:  
Hoc tibi habe septrum CÆLIA, vincor, ait.*

### Thaumantia Venere pulchrior.

Scaliger. *Si mihi nequitias faciat Venus aurea, quantas  
Pater Si quantas Veneri trans mare sudas Amore  
Sordestant stupido caelestia lumina, nec mi  
Thau-*

*THAVMANTIS placitas delectat alma faces:  
Hoc est cur raperet mihi me ut Cytherea negaret  
Non se sed Dominam praeulit illa meam.*

### De Neæra & Cupidine.

*Adducto Puer Idalius post tempora nervo  
Stabat in exiūm, pu' thra NEÆRA, tuum:  
Cum frontem, sparsosq; vidēs in fronte capillos,  
Luminag; arguis irrequieta notis,  
Fiammeolasi genas, & dignas matre papillas;  
Iecit ab ambiguae dela remissa manu:  
Inq; tuas car'su effusus puerilitè ulnas,  
Mille tibi fixit basia mille modis,  
Qua succos tibi myrteolos, Ciprosq; liquores  
Pectoris afflarunt usq; sub imatus:  
Iuravit q; Deos omnes, Veneremq; parentem,  
Nil tibi post unquam velle mouere malis.  
Et mirerum adhuc, cur iam tua basia fragrent?  
Duraq; cur miti semper amore vaces?*

Secūdus

### Ad Porciam.

*Vidit te nuper socia cum Pallade Iuno  
PORCIA, luminibus & pudicata tuis,  
Hinc cedamus, ait, ne quis novus altera cogat  
Nos Paris arbitrii iura referre sui.  
Sit fatis, infausta spretas semel esse sub Ida,*

Douza  
Pater.

*Quis velit expertam rursus insire notam?  
Hactenus? & versa referens vestigia plana  
Palladios traxit in sua iussa pedes.*

*Ergo quid humanos mirum tibi cedere vultus?  
Encedunt oculis Numina victa tuus.*

### De Nezra.

Marul-  
lus.

*Invenia nuper, nervum cum ienderet acrem,  
Obstupuit visa vixus Amor Domina.  
Sensit lesa suas vires, oculoq[ue] retorsit,  
Dum fugiat; ventis ocior ille fugit.  
Sed dum forcè fugit, plene cecidere pharetra:  
Devicti spolium quas tulit illa Dei.  
Induitur q[ue] bumerum, pariter q[ue] hominemq[ue], Deosq[ue]  
Vna ferit: vixus errat inermis Amor.*

\* \* \*

*Videras intactam nuper Venus alma NEZRAM,  
Et Puer, cessant quid tua spicula, ait?  
Qui Deus, humenteis lacrymis deiectus ocellas:  
Spicula, ait, Mater, que tenes illa, refers.*

### De Rosina.

Melissus. *Dum sedet & flavas ad aprici lampada Solis  
Tinguitur aureolo rore ROSINA comes;  
Cur vultum umbroso tegit occultata galero?  
Splendentes oculos cur tibi Phœbe negat?  
Credide-*

*Crediderim radios hebetarum luminis iri  
Phœbe tui: radios nō tegat illa suos.*

### De Himeræ.

*Pectora nuda mea postquam cōspexit HIMERA; Franchi-  
Cum Iunone Iovis vertice nata Dex: nus.  
Ne videamur, ait, Paridis sententia nostra est:  
Vincit rursus, eris turpis opprobrium.*

\* \* \*

*Sole comas, ut sapè solet siccabat HIMERA,  
Sol fulgore comas adiugis, & oris; ait:  
Conde comas, aerie oclitos, pulcherrima HIMERA.  
Spicula sunt oculi, retia torta come. (RA)*

### In Nevum Himeræ.

*Obvius in terris cum se se ferret HIMERA,  
Blandus Amor, matrem credidit esse suam:  
Cum tamēn è nevo quò matri forma carebat,  
Non matrem matri sed vidit esse parem:  
Ore mea marens exclamat HIMERA parentis;  
Nescio quid facies hac tua manus babet.*

### De Iuliana Angela Aragonia.

*Aprorum capita aspiciens Latonia virgo,  
Ursorumq; tua IULIA casa manu:*

Perde

Digitized by Google

335. HORTI AMORIS.  
Perde, sit, Hesperia dura, IVLIA regna,  
Et sine me Eōas perdere posse feras.

### In laudem Margaritæ Austræ.

Dicam equidē tibi quia nescis, cur manū tenebra,  
Cur medio regnent lumina clara die:  
Aurato invehitur currus, rōsisq; quadrigis, (est:  
AVSTRIA, quem magno Martis in arce Dea  
Invidet huic Aurora, latet q; pudet q; videri,  
Pulcher Apollo oculos pascit Amorem novo.

\* \* \* \* \*  
Invebitur Iuno pavonibus, alma columbis  
Cypria, veram aquilis AVSTRIA præpetibus:  
Vt q; Aquila cedit pavō, cedunt q; columba,  
AVSTRIA, sic cedunt Iuno, Venerisq; tibi.

### De Majade.

Pigna. Cum Sol accessit, si aufugit candida MĀIS,  
Deficiunt radī, luget & omnis ager.  
Cum Sol aufugit, si accessit candida MĀIS,  
Deficiunt tenebra, ridet & omnis ager.

### De Lycoride.

Molla. Alcida magni spolijs cum latus optimis  
Substrata in molli pelle quiescit Amor.

Languēti

Languenti Puero fessos sopor occupat artus,  
 Et molles differt, aura benigna, comas.  
 Quicquid emere inveniā spolijs dū fortē LYCORIS  
 Exit, & rapta lampade culta nitet.  
 Seva dolos frustrā indomito componis Amoris  
 Dixit: & inspecta sacerdos obriguit.

### De Blandina sua.

Quod si à lumine fascijs remotis Posthius  
 BLANDINAM asperceret meum Cupido,  
 Impotente furens amore, sevas  
 In se verteret, & facies, & arcus.

### Iu Columnam.

Iudicavit Paridis risus Cyberas, quod sisca Lingua-  
 Nuda Deas forma vicerit una duas:  
 Abs te nūc vinci doles, alma COLUMNA; tan-  
 In te nobilitas, gratia, forma, decus. (ta est

### In Elifam.

Tempore quo primū facies se lucida cœli Zanchius  
 Exeris, & vario prata colore nitent.  
 Errabat mea VITA vagi propè Tybridis undā,  
 Qua circum viridi flore remidet humus.  
 Hinc atq; hūc picta resonant pia surba volucres,  
 Daulias

*Daulias & densis obstrepit arboribus.  
 Aligeri exultant Pueri plaudentibus aliis,  
 Pro Venere hanc matrem iam sibi quisq; capis.  
 Hinc demum herboso caput inclinata cibis,  
 Molliter exertum pressit ELISA latus.  
 Mox surgit, strophioq; sinuus, & lactea colla  
 Pingit, & ornatam versicolorē comam.  
 Dumq; comam Zephyris circumspiratibus aurea  
 Sol videt, obducto palluit ore DEVS.  
 Hinc auro fulsere aure, fulsere repenit  
 Prataq; & aurato fulsit ab amore pater.  
 Cælestes dumq; illa oculos circum omnia volvit,  
 Pro spinis violae terra beata tulit.  
 Quid tunc optarim tacitus mihi, dicat Apollo:  
 Dicas qui nostro pectori regnat Amor.*

### De Amore, & Diana Arcosia.

*Vidit Amor Phæben, visa cecidere sagittæ:  
 Ipsa illas sumpsit pro pueroq; ferit.*

### De Hieronyma Columna.

Gyratus. *Si quò fert gressū, quò oculos HIERONTIA ver-*  
*Terra virat, flores undiq; prætaferant: (rit*  
*Vim ponit Boreas, porus tumida equora fluctus,*  
*Et nebula fugiunt proinùs aëria: (cent,*  
*Frigida bruma fugit, volvres cætu aethera mal-*

In

*In Ver purpureum se horrida vertit hyems:  
Et Sol auricomus solito magè fulget Olympo,  
Cynthiaq; & radio lucidiore micas.*

*Quis non hanc caeli lapsam de vertice credat?  
Quis uè ipsi sacrum Numen inesse neget?*

\* \* \*

*Vz caput auricomum nitidas attollis ad auras,* Gorrea.

*O non de Pario ducta COLUMNA iugo:*

*Dicuntur Superi totis arsisse medullis;*

*Blandus & irrepit sancta per ossa calor.*

*Inspiser incalyit: Veneris puer arsit, & aquè*

*Incubat istè genis, incubat ille sinu.*

*Oblitus Daphnen sequitur tua lumina Phæbus,*

*Et invatasthereas sapienterare vices.*

*Caserat turba tibi dum casto arrides amore,*

*Atq; tuis passit lumina luminibus:*

*O quoisces vellet formosi & mania Olympi,*

*Et gravidum stellos descruisse domum!*

*At Cytherea Venus, nostras iam cedimus aras,*

*Iure tibi, o columen urbis, & orbis, ait.*

*Cedimus Aeneadum iam te, mea cura, propago,*

*Et Surrentini litoris ora voces.*

*Et que Sirenum generosa Neapolis audit*

*Vsq; sonos, laudes audiat usq; tuas.*

*Iam Cyprus aeterno, iæte Gnidus alia, Paphusq;*

*Inclita, odorati thuris odore colat.*

*De Veneri, & Diana Areosta.*

*Vidit ut alma Venus radiantem lumine PHOB.* Giraldus

(BEN,

Cœlestes

Cælestes cunctas exuperasse Deas:  
 Non ego, vincar, ait: perfusa & nectaris imbre,  
 Divinum exeruit conspicienda iubar.  
 Sed post quā exprop̄ fit fulgetia lumina PHOB-  
 Cedō, inquit: Venerē nil iuvat esse Deā. (BB:  
 Hanc si vidisset Phryx olim in collibus Ida,  
 Tunc mihi, tunc poterat dicere, Cede Venus.

### De Fastia, Amore, & Gratijs.

Theseus Intrā si occulitur penetralia, FASTIA sicuti,  
 Cucus Amor laicitat, nec sua forma palam est.  
 At Charites laitanat, fluctibus edita salsa  
 Diva Erycina, omni numine pulchra magis.

### De Hieronyma Columna,

Lueat. Viderat in somnis lma à tellure COLUMNAM  
 lus. Surgere Pan, sensim mox tetigisse polum;  
 Imposita hunc etiam cunctis ex urbibus una  
 Inclita Parthenope, magnus & orbis erat.  
 Hanc servate Dei exitio ne forte sub ipso  
 Tandem cum geminis orbibus illa cadat:  
 Nam quoq; Parthenope, tantum caput extulit:  
 Nomina cōveniant urbis, at orbis, ait. (ut nō

\* \* \*

Sap̄ ferunt lunam nimis Eudimionis Amore,  
 Non tamēn hoc mirum est, deseruisse polum.  
 Hoc

*Hoc mirū, cūcta ad se si evocas astra COLUMNA,  
Ecceq; omnes atticis una Deos.*

FAUSTINA velut quoddam inesse  
Amoris numen.


*Per te, oculosq; tuos, nuper, mea Diva, sine arcu, Bellaius.  
Et vacua errabat cacus Amor pharetra.  
Hec iaculis armata Deos, hominesq;, ferasq;,  
Cogebas servi iura sub imperio.  
Non sensibus gravitas morum, non profuit usus,  
Nec iurit tardo in corpore sanguis iners.  
Non Sophie studiū Doctos, non purpura Patres,  
Nec clypeus texit fortia corda Ducum.  
Omnia cesserunt: cessit quoq; publica cura,  
Et posuit virtus triste super circulum.  
At nunc, proh Superi! captivo numine Amoris,  
Nil misstrux Mavors, & fera bella placet.*

De Melisca.

*Cacus Amor verde est, oculos MELISCA loquaces Forcaru-  
Huic rapuit: caco mox rapuit pharetram.*



Simili-



# SIMILITVDINES.

## Ad Lycorem.

Hippo-  
 lytus  
 Capilu-  
 pus.  
*Aether a Sol radijs percurrentes tempore eodem  
     Fert illi iubar, hunc deserit in tenebris.  
     Tu quoq; nos oculis percurrentes tempore eadem  
         Lucem alijs affers, lucem alijs adimis.  
     Hinc se felicem dicit, quem lumine lustras,  
         Quem spolas, miris se misserum esse modis.  
     Sol varios flores è pratis elicit, at tu  
         Divinos sensus elicis ex animis.  
     Inter sydereos unas Sol enitet ignes,  
         Inter virgineos tu quoq; sola choros.  
     Ergò tibi, & Soli si par permissa potestas,  
         Sol alter nobis, pulcra LYCORIS, eris.*

## Ad Galateam.

*Nox erat, at q; inter fulgentia sydera cælo  
     Ducebat tacitos candida Luna choros.  
     Tuq; Padi in ripa pulchris comitata Puellis,  
         Saltebas*

*Saltabas niveo iure superba pede.  
Illa prius nunquam tam pulcro splenduit ore,  
Nec tanta formosissima mihi visa genis.  
Misericordia est, proprium vobis daret tibi Luna nito-  
An potius Luna tu GALATEA dares. (re,*

### Ad Lycum.

*Cum formosa, LYCI, linquit GALATEA cubile,  
Et venit in nostrum nocte faveente sinum:  
Sit quamvis crine in culto, tamen aurea fulget,  
Et tenebras omnes fronte micante fugat:  
Non aliter thalamo surgens Aurora mariti  
Splendet, inornatis fit lices illa comis.*

### Summontius Amator ad Nearam.

*Stillant de roseis tibi labellis  
Hyblei simul, Atticiq; rores.  
Spirant de roseis tibi papillis  
Vna Caricij, Syriq; odores,  
Vernos & Zephyros, recentem & auram  
Afflas Ambrosio, NEARA, ab ore.  
Tecum ergo Syriam NEARA, hymetumq;  
Ac defers Zephyri recentis auram.  
Quin ipsas Charites, NEARA, & ipsam  
Dumrides, Veneris refers figuram.*

Pötanus.

2ij

De.

## De Stella.

Funditas è cælo radios Latonia Phœbe,  
 Quis teneros fætus floridaq; arva rigat.  
 Fudicas & radios Phœbus, quibus omnia lustras,  
 Calfacit & flammis quaq; creat a suis.  
 STELLA mihi Sol est, eadem mihi rosa ida Luna,  
 Hinc foveat & flammis, irrigat hinc & aquis.  
 STELLA eadem ferit ex oculis, oculisq; medetur,  
 Haec mihi & hostis amor, haec & amica Venus.

\* \* \*

Qualis flaventes Zephyrus permulces aristas,  
 Syrius ardenti dum coquit arva face:  
 Qualis languentes liquidus ros excitat herbas,  
 Dum fremit horrenti fervidus ore Leo;  
 Talis & erumnas risu fugat, & levat astus  
 STELLA meos, risu STELLA iocosa suo.  
 Huic enim risus mihi ros est, huic ab ore  
 Aura venit, Zephyris lenior ipsa suis.  
 Aura favet, foveatq; senem: Zephyrig; favete,  
 Et foveant risus, STELLA benigna, sui.

## Cælo comparat Amicam.

Angeri- Septem errant ignes per cæli mobilis axes,  
 anus. Septem etiam illa suo in corpore signa tenet.  
 Ostendit gelidos vultus argentea Phœbe;  
 Illa siuum intexum de nitre pectus habet.

Mercur.

*Mercurius lingue decoratur doribus; illa*

*Eloquio dulci fixa, fretumq; domat.*

*A liquidis veniens Sol praelarisimus undis*  
*Enitetur illa suo quum venit ore nitet.*

*Fortior armato Mars milite surgit; & illa*  
*Fortior armato milite surgit aurox.*

*Apparet cum manè Venus, cum vespere; & illa*  
*Vtroq; apparet tempore clara magis.*

*In ppter aspiciens, cum terra, pacat Olympus;*  
*Dum cælo, aspiciens, illa serenat humum.*

*Curvatur senio tristis Saturnus; & illa*  
*Pulchra satiis, tantum moribus extat annus.*

*Quicunq; ergo meū non unquam vidit amore,*  
*In cælum atrox latumina, doctus erit.*

### De Cælia.

*Fulgida quum legeret Cumano in littore conchas*  
*CÆLIA; fallor, an hac Cypria? dixit Amor.*

*Non fallor, sic pulchra nites mea mater, & alba*  
*Sic flavas ornat spuma, poliq; comas.*

*Sic ridet, querit q; iocos, sic pictus eburno*  
*Cefalus adest collo, sic movet arte manus.*

*Fallor iners: hac pulchra magis. non fallor, eures*  
*Tres video ancillas; autumo sunt Charites.*

*Assistit scopulis, & pato lumine, pato*  
*Lumine commoras en maris aquat aquas.*

*Hec fallor! non illa cremat sic ore, rigentes*

*Divi sed bac cautes, & cremat ore fretum.  
Nè peream, avertis tua lumina; falleris, illis  
Vivo magis perimunt lumina? sic peream.*

### De Venere & Cupidine.

*In fulva dum pulchra Venus spaciatur arena,  
Et pelagi spectat maxima regna sui.  
Venit Amor, sumpsitq; face; fax missa per auras  
Vſſit Acidaliae mollia corda Dea.  
Novit ut illa sui rutilantia ſpicula Nati,  
Vociferat, quid me, Natae ſuperbe, cremas?  
Palluit audito matris clamore Cupido,  
Palluit, ut q; ſilex obriguere come.  
Flens tandem, dixit, non eſt ibi CÆLIA diſpar;  
Hanc volui, non te, (parce) ferire Deam.*

### De Cælia.

*Nūc ubi Praxiteles? ubi Scopas? priſcaq; virtus  
Illorum artificum? cuncta ſepulta iacent.  
Heu doleo! noſtra quis marmore ſcalpet in albo  
Pectora? quis fulgens lumen, & ora Dea.  
Erigere huic ſtatuum, & templum edificare de-  
Oblatas caperet pro love ut una preces. (cebat:*

### De Cælia venante.

*Dum vagga venatur per noſtroſ CÆLIA ſaltus,  
Hanc*

Hanc cernens, subito Deltus obsumpsit.  
 Cur hic errat, ait, campis germana remotis?  
 Et iuga Partheny linquit amara soli?  
 Dum sic miratur, vergit sua lumina; Cynthum  
 Lustrat, & hic vero est lumine visa soror:  
 Anne duas, inquit, peperit Latona Dianas?  
 Quae consanguinea est, ista, vel illa mihi?  
 Hac vadit passis, & passis illa capillis,  
 Hac placet insigni pectore, & illa placet.  
 Nusquam tam similes toto sunt orbe Diana:  
 Una stat effigies, unus utriq; decor:  
 Venantes ambae, verum sed dispare preda,  
 Iuno ait; hac homines conficit, illa feras.

### De Cælia, & Cupidine.

Flebat amor, Matremq; suam querebat: at ipsa  
 Ut visa est vultu CÆLIA pulchra suo:  
 Ipsam appellat Amor Matrē: sed CÆLIA torvo  
 Lumine, ait; non sum: Mater. Amor rubuit.

### Ad Cæliam.

Qui spuma exortā Cyprin, qui Cypride amore  
 Dixit, non vidit quam iug forma nitet.  
 Obvia tu quoties sis nobis, una niventi  
 Aspectu exoritur Cypris, & anus Amor.  
 Q. iij De

## De Suriana.

Campa- *Qualis ab aurora surgens crinitus Apollo*  
 nus. *Purpureis orbem lustrat & ambit equis.*  
*Talis in adveniu nostros SVRIANA penates*  
*Sydereos compleat lumine, fertq; diem.*  
*Illa potest vultu rigidos placare leones,*  
*Tigridas aspectu, flectere uoce Deas.*  
*Nec cecinit melius, quem curvus in equore Del-*  
*Non formidatis per mare vexit aquis.* (phim

## Ad Vindiam.

Forcatu- *Absit ut aspiciam te, VINDIA: lex vetat ipsis*  
 lus. *Saturni in tabulis prisca, videre Deam.*

## Ac Hietonimam Columnam.

Parthe- *Qualis cum puro fulget vaga Cynthia cornu*  
 nius. *Desuper & biuq;is vecta renidet equis,*  
*Cæruleus nullis densatur nubibus aër,*  
*Rosida nox cæcas Orco operit tenebras.*  
*Mille acies stellarum ardentes crinibus aureis*  
 - *Percurrunt rapidum nocte silene polum.*  
*Ipse pater stellarum opifex è vertice Olympi*  
*Nocturnas gaudet sydera obire vices.*  
*Miratur vario distinctum lumine cælam,*  
*Noctivagoq; ignes currere noctis iter:*

Hinc

Hinc gelidum spectat ducentem plaustra Booten,  
 Quæq; sit et celso Menalis ursa Polo;  
 Andromedæ scopulo barenie, in diversa revincta  
 Brachia, yidenti lumine Cassiopæt.  
 Inde Lyram se tollentem ægocerontis ab ortu,  
 Et toruum auratis cornibus Eridanum.  
 Hydramq; Hedorūq; astrum, Oleniamq; capellæ,  
 Quæq; ratis fulva vellera vexit ovis.  
 Pleiadisq; Hyadasq; & amatem flumina Cygni:  
 Quem narrant plumis occuluisse Iovem.  
 Namq; ferunt Ledāq; argentea mēbra per æstū  
 Permulces lympha pro silentiis aquæ,  
 Et teretes suras & mollia colla, lacertosq;,  
 Et magè Schytonia pectora cana nive  
 Irrigat, & gaudet circum colludere lymphas,  
 Spectantem cælo diripiisse Deum:  
 Tunc niveas pennas cygni arripuisse Tonantem  
 Hasisse & teneræ virginis in gremio.  
 Inde alia, atq; alia inspectat radiantis latè  
 Lumina, quæ Eoo quæ Hesperio orbe nitent.  
 Non tot alit sumidū Neptunia mōstra profūdū,  
 Tot folia Autumni sydere Lipsa cadunt:  
 Nec tot ad Ionij traduntur littora fluctus,  
 Aurea quoq; fulgens sustinet astra polus.  
 His alios si quis incendere quariret ignes,  
 Non animo capium hanc despissse putas?  
 Quæ manus his, doctus vel quis decus addas A-  
 Tā pulchrū ullius indiget artis opus? (pelles?  
 Talem

249. MORTI AMORIS  
Talem te virgo memorat pulcherrima, nullo ut  
Carmine te meritò tollere Musa queat.  
Persimilis cælo, atq; astris fulgentibus, una es,  
Quæ (mirum) nulla crescere laude potes.  
Sic, neq; cum pronas profundit Aquarias urnas,  
Augetur tumidis amnibus Oceanus.  
Non illum effusus se pteno flumine Ganges,  
Non tot collectis turbidus Indus aquis,  
Euphrates vè auges stagnati aut gurgite Nilus,  
Aut quotquot circum littora curva fremunt.  
Quis forma decus, aut geminos, duo sydera, occi-  
E quibus oculis spicula torqueat Amor; (los  
Sydereæ vel quis diuinum frontis honorem,  
Cui invident Charites, invidet ipsa Venus;  
Quis mente, atq; altas iuvenili in pectore caras,  
Exultum aut claris artibus ingenium  
Diceret? aut posset numeris ornare canendo  
Tam felix quisquam munere Pegasidum?  
Non ut liberato diducens stamina fuso  
Pendula famineo pollice ver fæt opus:  
Verum ut inauratam percurrat pectine eburnea  
Barbiton, aut curva dulcia fila lyrae.  
Egregium secli, & summum decus Heroïnon  
Te gelide valles, te cava saxa sonant.  
Te pleni celebrant Musarum numine vates,  
Et sacra certatim plectra, Lyranq; dicant.  
Et latæ dicent terra, & te cerula Ponit;  
Ibis ad extremos ales Hyperboreos.

Et

*Et paribus cum Matre ferere per atbera pennis,  
Qua cadit, & qua Sol profilit aquoribus.  
Dumq; secans nubes, caelo & loca dissita nostro  
Tollere ad monstri terga Lycaonij;  
Sive axem Oceano querens delapsa latentem,  
Te, lices obscuro carmine, DIVA sequar.*

\* \* \*

*Qualem purpureo diffundit flore colore  
Qua matutino se rosa rore fovet:  
Qualis pulchra rubet croceis Aurora quadrigis  
Cum nitidum roseo promit ab axe diem:  
Tale iubar terras splendore insignit, & astra  
Ambrosiam quoties exeris ipsa comam.  
Sol si deficiat magno quo nititur orbe;  
Tu magno lucem Solis in orbe feres.*

\* \* \*

*Lucidus ut magno, splendenti & corpore Titan  
Illustrare polos, atq; elementa solet:  
Vi calor ingreditur radijs q; animantia rectis;  
Et iurget prægnans germine sapè solum.  
Sic tua iam toto facies splendescit in orbè,  
Eximum & cunctis est tua forma decus.  
Divinisq; actus similes, divinaq; verba  
Virtute accendunt cuncta hominum genera.  
Sed tu cum radijs fulgentia lumina Phœbi  
Iamdudum exuperas, lumine utroq; micans.  
Natura illa etenim virtute operantur ubiq;  
Natura hac eadem sunt ruitura semel:*

*At tu quemēte egregia, qua & corpore pulchro,  
Hec agis, yst tandem tota perennis eris.*

Quæsti-  
gus.

*Qualis Eoo properans ab Indo  
Cum diem pulsis reserat tenebris  
Aureum, terre & radiante vultu  
Discutit umbras:*

*Solis ardentes imitata flamas,  
Candida auratomicat ore Mater  
Memnonis. toto fugat & repenit  
Nubila caelo.*

*Ilicet nigrum Phlegethonta, & Orcum  
Manium vultus repetunt, sopor q;  
Occidit: blandus sopor & tremende  
Mortis imago.*

*Occupat fulgens iubar astra: cedunt  
Quo viam flebit Dea cunq; cedit  
Ipfa Thymbrai soror, & Tonantis  
Cynthia proles.*

*Illa sublimi super alta curru  
Feritur, & Divum comitante plausu,  
Transvolat pernix rutilum citatis  
Athera pennis.*

*Talis, aut longè exuperans nitentem  
Illius sacri decore oris, ortum;  
Emicat terris Superum propago,  
DIA COLVMNA.*

Fama

\* \* \*

Fama dea vana est, tulerit quod tempora prisca; Gyral-  
dus.  
Sit nisi nunc esiam causa COLVNA Dea:  
Feminei namque est una hac lux maxima catus,  
Et secum magni numinis instar habet:  
Quin illis hac est nunc praeponenda Deabus,  
Et superant priscam scula nostra fidem.  
Dives opum est, regnique potens saturnia Iuno,  
Consilio Pallas, clara decore Venus:  
His tribus excellit raris HYERONIMA donis,  
In sola hac una numina terna vigent.  
Hinc ipsam sacro donarunt nomine Divi;  
Ut superum hinc pateas fata dedisse decus.

### De Euliala.

Admirata comes auro rutilante fluentes Crotius.  
EVLIALE, & frontem, ac lumina Pasiphile:  
Pace tua licent fari Laronia, dixit:  
Aptior hac terris, hac magis apta polo est.

### In Deliam.

DELLA, ab occasu; Phœbus surgebat ab ortu,  
Hesperio nasci rebar ab orbe diem. Antoni-  
us Te-  
baldus,  
Fulgentes ambo, sed DELIA clarior, ex quo  
Celavit vieti numinis ora pudor.  
Ille oriens radys nubes, & luce tenebras

Pellit

Pellit, & hac pellit nubila cum tenebris.  
 Ast ubi subiectas se se ille immersit in undas,  
 Lux abit, & redunt nubila cum tenebris.  
 Ah! quam rara dies oritur mihi: nocte ego exca  
 Invulvorum, vultus celat ubi illa suos.  
 Nec tamen in video, suos orbi ut Sol orietur,  
 Dum mea lux claros det mibi sepe dies.

### Allegoria.

Tosca-  
nus.

*Qualis flos viola, seu purpurei hyacinthi  
 Demittit pressas rore vel imbre comas:  
 Mox q̄ idem radijs Solis tepefactus amici  
 Attollit multo letis honore caput.  
 Talis cum nimia, pluvia perfusa iaceret  
 Qua viret in pratis menta pusilla meis,  
 Protinus ut Domina est dextra repefacta calctis  
 Sustulit è niveo caudice lata caput,  
 Et quanta est se se erexit, solitasq; resumpit  
 Vires, delicias explicuit q; suas.  
 Sensit: & heus (inquit, ridet Domina) haud mihi  
 posthac  
 Languida, cum tantum hac dextera possit, eris.*

### De Philara.

Vallam- Ora videt quisquis PHILARES, videt ora Dia-  
 bettus. Vtramvis nōris, nōris utrāq; simul. (na,  
 In

## In laudem Margaritæ Austriae.

Phœbus ut è capo conspexit Cesare natam  
Currens, cursum sustinet ille suum:  
Et miratus equos, & equum spumantia frena,  
Loraq; præcipites & levigate rotas.  
Permutemus, ait: mastros, precor, accipe currus,  
Accipe, rug, mihi da Dea magna tuos.

Franchi-  
nus.

\* \* \*

AUSTRIA habet Veneris formā, menteq; Minervæ.  
Non habet hac Iuno regna minora tuis: (va,  
Cede igitur, cedat Venus, & succede Minerva,  
AUSTRIA sola, tribus quæ tria dantur, habet.

## Ad Liviam Columnam.

Spina tuam fuso violarat sanguine dextram  
LIVIA: cum Matrem te ratus, inquit, Amor.  
Quæ cunctorum agitas spinosis pectora curis,  
Lesit spina pedes, & tibi lute manus.

## Ad Cassandram.

(pris,  
Quaria Charis, decimaq; es mihi Pieris, altera Cy-  
Sanna-  
CASSANDRA una choris addita Diva tribus. zarius.

## Ad Cynnamam.

Jupiter Europam nivei sub imagine Tauri, Vrsinus.  
Dilectum

*Dilectum Crates per mare vexit omes.*  
*Duxit olorinas candardi corpore plumas,*  
*Cum Deus ad Leda tecta volaret amans.*  
*Et clausam pluvio Danaen delusit in auro:*  
*Semihominis Satyri cornibus Antiopen.*  
*Amphitrigona fuit Regem mensitus, in unum*  
*Mirificè noctes cum coiere dñe:*  
*Et si te videat, sed ne te viderit ore,*  
*CYNNAMA, in amplexus & volet ire tuos.*  
*Non aurum non Taurus, olor è aut quidlibet ho-*  
*Verum se maior si queat esse velis. (rum)*



## III.

## LAVDES.

## De EYLIALA.

*Crotus. Ore charis, Cypris gemmantibus hasit ocellis*  
*EVLIALÆ, aeq; omnes delicia Veneris.*  
*Hac forma, hac nitor, hac sermo dulcissimus, hac*  
*spectator, fulget, defluit, obloquitur. (vox,*  
*Cui charites, cui & Paphia famulantur & harēt:*  
*EVLIALA hac Cynchi creditur esse? Dea est.*  
 Ad Ga-

## Ad Galatam.

*Post reditum GALATEA tuam sunt omnia tuta,* Capilus.  
*Es bestris a novo numine villa micat.*

*Non ovibus lupus in fidias fruit amplius uitias*  
*Dum procult à stabulis flumina nota petunt.*

*Non apibus stragem immittis molisur hirundo,*  
*Crura replent tenero dum sibi & ora thymo.*

*Nec flores velut ante negat bellissima tellus,*  
*Serita suis manibus dum tibi necdit Amor.*

*Qua tibi fera terris auctor sit conferre pueris?*  
*Si fera, si volucris, si tibi paret humus?*

\* \* \*

*Cum rides, mya vita, nident eum sydera, ocelli,*  
*Tinctaque purpureo labra colore micant.*

*Cum maesta illachrymas lachrymis rosea orare re-*  
*Rore velut sparse Sole oriente rosa. (nident,*  
*Labentesque genis guttas Amor improbus hanxit,*  
*Vt rorem è cælo, qui cadit hatagit Apis.*

*Hec Paris observans, Iudex me incertior esset,*  
*Tunc fores risu pulchrior, an lachrymis.*

NIMIS LAMPTEROS fulgore  
tenebras.

*Serica clam circum tua lactea colla superbbit:* Scaliger  
*Et stupet affrictis arsq; decor q; comis:* Pater.

*Liquitur incerta trepidus formidine sanguis:*

R

Sedibus

2570 HORTI AMORIS  
 Sedibus atq; abeunt mensq; animusq; suis.  
 Hicinè qui puris surgit mib; Lucifer undis,  
 Et trahit innumeratos in sua regna Deos?  
 An roseis aurora nitens in nixa quadrigis  
 Dispulit in vecto pallida castra die?  
 O durum exiūm! tanta sub Luce tenbris  
 Solus ager solum lumen nocte premit.

### Hexamix Columnæ.

Io: Ant. Taygetus.  
 Pectora cū miror, latamq; hydrocyma frōtē,  
 Et quod ebur rosa candet in ore tibi:  
 Adde his purpureusq; genas, flavosq; capillos,  
 Collaq; Riphæa non minus alba nive,  
 Et cum sydereis multos transfigis ocellis,  
 Hosq; eadem capis moribus excruias;  
 Cumq; per immensi spatiūris sydera Celi,  
 Quidq; ferant, fati prospicis ante diem.  
 Te nunc Vranien, ee nunc ego dicere Phæben  
 Cogor, & Idaliam tereor esse Deam.

\* \* \*

Terminus.  
 Nympharū Italidum decus hac est; cedite Nym-  
 Cedite, sola inter connubera Divas. (phæ,  
 Tres inter Divas siquarta COLVMNA fuisset,  
 Iudicio Paridis tum Venus esset iners:  
 Sol lateat, totam circundent nubila terram,  
 Nec magè fraterno Luna nitore miset,  
 Proferat illumini utilanti pectore, frontem;

Propulsis

*Propulsis tenebris, Lux erit illa satiss.*

\* \* \* \* \*

*Antique vulcans, quarum vaga fama per orbē  
Pervolans nomen tollit ad astra, natus.*

Io: Bapt:  
Ferrari:  
us.

*Namq; harum superat claros HYERONIMA bo-  
Guis peperere olim secula multa parens. (nores,  
Divitij sg; potens, Et auctorū sanguine clara est,*

*Nec minus illustris nobilitate animo.*

*Namq; ipsa ingenuis tractas felicior artes  
Decedant omnes ut tibi, DIVA, viri.*

*Non situs informis premet hanc, non longa ve-  
Anorum fratris abrupti innumeris. (eustas*

*Sed donec clara lucebit lamp: de Titan,*

*Lunaq; nocturnis clara uehetur equis,*

*Vivet, & eternum exiendes per secula nomen,  
Lethas fugiens, vivid: semper aquas.*

### De Stella.

STELLA mihi in tenebris fax est, ad gaudia noc- Pótamus.  
Hac sequor, hac dux est, hac mihi certa via.  
STELLA die in medio nox est, ad gaudia lucis,  
Gaudia STELLA die, gaudia noctis ea est.

### Ad Surianam.

Equis erit, SVRIANA, modus, finisq; canendi? Campa-  
Si pulchra ad laudes efficiere mens. nus.

Ry

Quog.

Quòd, magis canemus, magis hoc videare cassen-  
Perpetuum nobis exorietur opus. (da,

Parce tuos nivea dissolvere fronsè capillos,

Sat mihi compositas est tecinisse comas.

Parce & inaurato crinem succogere nodo,

Hei mihi! quam multis has quoq; parte places.

Cur niveo pendent pretiosam monilia collo?

Et varia toties compositum arte caput?

Candida per medios humeros, mediosq; lacertos

Fascia quām tractu conveniente cadit?

Seū sis in tunica, tunica formosa videris,

Pallia seū sumas, pallia sumpta placent.

Purpurea formosa roga, formosaq; in auro:

Te nigra, te flavo murice tintat decent.

Auroa, Tichoni conianx: argentea, Phœbi:

Alba, faror magni facta videte Iovis.

Deposita quoties intras Floralia veste,

Accipere Ideo Iudice potna-potes.

Ergo siste novi speciem variare decoris,

Et formæ dotes intumulare tua:

Sivè placent nigra, tincto seū murice vestes,

Seū nodo, aut fusi te iuvas ire toma.

Elige qua possis oculos retinere magistros,

Sit q; tibi satis hoc compositam esse semel.

Obruimur: nostros vincunt praconia versus,

Vna satis facie qualibet esse potes.

Adde etiam innumeras, artesq; dotesq; canellas;

In tantis minimi est forma putanda bonis:

Nos

*Non cecinisse melius nigrum qui pectora Ditis*

*Elexit Appolline aclarus in arte lyra.*

*Nec quem suppositus spatiofa per aquora pescis*

*In parvum vexit, depositusq; solum.*

*Mænia pugnacis mirari de sine Troie,*

*Mænia Phœbea struncta canora lyra:*

*Et quæ creverunt directis condita saxis,*

*Hac quoq; non hominum mænia facta manu.*

*Scilicet hec poterit Marpesia saxa movere,*

*Atq; Adamantem flectere duritatem.*

### De Amica sua.

*Hanc faciem, & nivea tam rarū frontis honorē, Altius,*

*Hicē rasis, hac qua lilia miscet? Amer.*

*Quis gemina aut illic succedit sydera? quis vù*

*Arcum illic illic specula condit? Amor.*

*Rubra quis in tenebris polit hac corallia labris?*

*Aut hoc intus ebur fixit ab arte? Venus.*

*Quis decus effingit morum? quis verba loquēti?*

*Clamq; decor qui te subsequitur? Charites.*

*Quis formam sine labe dedit? digitosq; manusq;*

*Quis format nullo crimine membra? Venus.*

*Quis mihi perpetuos hos nutrit in ossibus ignes?*

*Frons, oculi, facies, verba, labella, decor.*

### Ad Cæliam.

*Quā sunois citarā, & diffundis in aëra cātum,*

*R iiij Saxa*

Saxa nivis pendens auribus, dura silet.  
 Quam solvis crines vento, Dicit ymaginaveris,  
 In sylvis quando cede crudelias apros.  
 Quum rides, leti discerpunt nubila venti:  
 Quum loqueris fulget sydera, vernal humus.  
 Quum motas oculos, quid non Amor impius audet?  
 Audet, & irato praripit arma Iovi.  
 Quum graderis, te tota cohors miratur enitem,  
 Tota cohors passus laudat, amatq; tuos.  
 Sed quia matura non carpis dona Iuvente,  
 Hec in tam pulchro corpore sunt lachryme.

\* \* \*

Sunt gemina Veneres, Musa bis quinq;, Diana  
 Et gemina, pulchra quattuorq; Charites.  
 Omnibus in rebus Venus est mea CÆLLA: Musa  
 Doct*i*, Diana nitens, & sine labe Charis.

\* \* \*

Tres quondam nudas vidit Priameius heros  
 Luce Deas: undeo tres quoq; luce Deas.  
 Hoc maius; tres uno in corpore: CÆLIA ridens,  
 Est Venus, incedens Iuno, Minerva loquens.

\* \* \*

Fulgida sat Luna lampas, sat fuigida lampas  
 Stellarum, & lampas fulgida, Phœbe, tua.  
 Fulgidior certè mea CÆLIA, lampade Luna,  
 Lampade stellarum, & lampade, Phœbe tua.

De Cælia convalecente.

Quum mea ferventi langueret febre Puella,  
 Purpureo

Purpureo & starent candida membratoro.  
 Induit invisum Mors larida proterius ensem,  
 Et petit infestis aurea secta rogis.  
 Irruit: at postquam vidit sine labo papillas,  
 Et quales profert flava Minerva oculos.  
 Obriquit, retroq; dedit vestigia, & inquit,  
 Non hac letheam digna subire rasem.  
 Sic fata, & infernas pudibunda recepit ad umbras,  
 Ausaq; sic nigro verba tonare Iovi:  
 Quacunq; ethereo sub regno regna morantur,  
 Sunt nostra, una precor CÆLIA morte vacet.  
 Annuit hoc Pluto; facta est Dea; & illico cedunt  
 Nubila, & intonsus dat quoq; Phœbus opē.  
 Sperādū est, postquam mors impetuosa pepercit,  
 Facta Dea, ut nostras auditas illa preces.

## De Angeli Puella.

Puella delicatior,  
 Lepusculo, & cuniculo,  
 Ceaq; tela mollior  
 Anserculiq; plumula.  
 Puella qua lascivior  
 Nec vernus est passerculus:  
 Nec virginis blandè sinu  
 Sciurus usq; lusitans.  
 Puella longè dulcior,  
 Quām mel sit Hybla aut saccarum;

Politia-  
nus.

R iiii

Ceu

Cætas coætum condita,  
 Vellitium, vel prima nix.  
 Puella, cuius non conos  
 Lyceus aquaret Puer,  
 Non pastor ille Apbrysius  
 Amore mercanarius,  
 Comas decenter pendulas,  
 Vt roqz frontis margine,  
 Notis decenter aureis.  
 Nexus, decenter pinnalis  
 Iudentium Cupidinum  
 Sub vencitamibus vagas,  
 Quas mille crispant anuli  
 Quas Ros, odor qz, myrrheus  
 Commendat at qz, rebeat.  
 Puella, cuius duplices  
 Sub fronte amica fulgerant  
 Amoris arcani faces,  
 Quas tueri non quico,  
 Nec stare contrâ, vel procùl,  
 Quin occuper flamma grav  
 Miser, miser! que mollibus.  
 Furtim medullis adsilit.  
 Non, non ocellus hospites  
 Ille est, & ille, sed faces,  
 Faces amoris ignea:  
 Quas leta suscitat Venus:  
 Quas blanda preficit Gratia.

Quid

Quid narium dulcissimum,  
 Vel quid genarum levium  
 Dicam rosam cum lisio?  
 Labella quid corallis  
 Rabore pranitentia,  
 Tam sepe, tam longum misse  
 Mordente pressa basio?  
 Quid margaritas dentium  
 Precandidorum proloquar?  
 Linguamq; perplexabilem,  
 Vicunq; iuncto anhelitu,  
 Amanti amantem copulans  
 Festinat ad calcem Venus,  
 Cum suaveolentem spiritum  
 Semihula fugunt oscula,  
 Lepocinante gaudio  
 Subinde murmurantia,  
 Mentumq; è quid tornatile?  
 Gulamq; teretrem, & lacteam  
 Et qua lacertis millies,  
 Vi arbor pedera incingitur,  
 Incincta cervix est meis,  
 Namque tibi mamillulae  
 Stant floride, & protuberant  
 Sororiantes primulum,  
 Cenù mala punica ardua  
 Quas ore rotto presseram,  
 Manuq; contractaveram,

*Quem*

Quem non amore attinxerint?  
 Cui non asylum immiscerint?  
 Quem non furore incenderint?  
 O qui lacerti? que manus?  
 Quas Iuno, quas Aurora habet.  
 O quale pectus, & latus?  
 O qui Thetis decent pedes?  
 Pedes choreis nobiles,  
 Saltatibus mirabiles,  
 Stati, gradu spectabiles.  
 O verba iucundissima,  
 Tam nequiter ludentia,  
 Arguta, plena aculeis,  
 Decore, suavitudine,  
 Dicacitate, gratia.  
 O Carminum dolces nosce,  
 Quas ore pulchra meteo  
 Fundis, lyre, & succanis:  
 Ut non Thalia blandius.  
 Non ipse Apollo doctius  
 Feras canendo mulcent.  
 Fluens a vertani in caput,  
 Et saxa cum sylvis trahant:  
 Ocuncta salsa, & dulcia,  
 Festiva, lata, & mollia,  
 Referta amoenitatibus,  
 Amoribus, lubentia,  
 Protervitate, lusibus,

Risu

Risu, ioco, leporibus.

O quicquid est pulchram, & decet  
Puella sola continens.

O! præpotens cultu nimis  
Nimisq; non cultu placens,  
Quis te Deus mihi invides?

Quo te mihi fors eripi*s*?

Quo te repente proripi*s*?

Quo quo fugis bellissima,

Risu serenans aethera;

Heu mea voluptas, mel meum,

Meum Puella corculum,

Mihiq; longè carior,

Auro, lapillis purpura,

Ac nec lapillis carior,

Auroq; solum & purpura,

Sed spiritu mi carior,

Sed carior mi sanguine.

Memento tu tamen, precor,

Memento formosissima

Amoris, atq; competitum,

Quas à tenellis unguibus

Mecum tibi circundedit,

Heu lacrymis amantium! heu

Spiri*s* ridens Venus!

### De Næra.

Tota es candida, tota munda, tota

Suci

Digitized by Google

*Succiplenula, tota mollicella,  
 Tota nequitiaq; Amor q; tota  
 Elegantula, tota delicata:  
 Tota mel, mea VITA, saccharumq;  
 Et tota Assirij, Indicq; odores.  
 At sunt qui tamen hanc negent amandam  
 Martellusq; mens, Resorbatusq;  
 Quid si uidem aut oculos negent amandos?  
 Aut si quid magis est amandum ocellis?  
 O viros lepidos parum, ac molestos.*

### Ad Hyeronimam Columnam.

Burchi- *Tres donis certasse Deas, HYERONIMA, reg;*  
 us. *Omnibus unam omnes accumulasse bonis  
 Fama volat, totusq; suis circumsonat orbis  
 Laudibus, & magni Numinis instar habet.  
 Nam donavit opes Iuno, concessit honores,  
 Stemmatag; à magnis Regibus aucta dedit;  
 Ingenium Pallas tam dextre instruxit, ut arte  
 Sit quavis similis famina nullá tibi.  
 Vi q; animus pulchro tegeretur corpore, fecit  
 Participem forma te Venus ipsa sua.  
 Præterea innumeris quam sis distissima donis  
 Summa fides, probitas, religio q; docent..  
 Nempe suas dotes ista fundare COLUMNA  
 Tres simul unanimes constituere Dea.*

\* \* \*

*Oris honore Venus, thalamis, & stemmate Iuno,  
 Arte*

*Arte prout reliquias Docta Minerva Deas:  
Sed tu magna Deum Divina COLUMNA proles  
Singula sunt illis cum data, cuncta tibi:::  
Cur non una triam titulo sic clara Dearum  
Stirpe, animo, facie, Iuno, Minerva, Venus.*

\* \* \*

*Dum spatum fulgens perlustrat candida cœli  
Hinc HYERONIMA; sic sydera tristè dolent:  
Quid soror in terris Cœli decus usq; moraris  
Et reseras nostras larga; potensq; fores?  
Non fatis est bumen minus hic si splendet Olympi  
Te sine; cur virtus magna COLUMNA cadit?*

Bonan-  
nus.

### De Athica sua.

*Aspice candidulos humeros & eburnea colla,  
Aspice purpureos certantes Sole capillos,  
Aspice candidulis certantia lumina stellis,  
Aspice punicea tintas aspergine malas,  
Aspice sydereæ fastigia splendida frontis,  
Invenies similem vix huic è millibus upam.*

VVeid-  
lingus.

### De Hyella.

*Qualis Dardania quondam Cytherea sub Ida  
Pastoris Phrygij venit in arbitrium;  
Cum nuptiam, nat asq; Iovis Dea livida formam  
Per pulsi humano subdere iudicio.*

Lernu-  
tius.

Talis

Talis & arcano egreditur, mea vita, cubili,  
 Nativum nullis artibus aucta decus.  
 Cernis ut explicito niteat frons aquore? cernis  
 Acer ut ex oculis spicula stringat amor?  
 His Deus ille, polo, terraq, Amathu side missis,  
 Ut proprijs gaudens ludit in hospitijs.  
 Quam bene casaries vernas sua tempora obubrat!  
 Emicat è roseis gratia quanta genis?  
 Flammea puniceo non cedunt labra corallo,  
 Et primis certat narium ebur niribus.  
 Quam teretes digiti? quam levia colla? venustissim  
 Quam latus? artifici que data forma pedi est?  
 Vi non mortalem se prodit? ut omnia chara  
 Omnia vel magni sunt shalomo opta Iovis?  
 Dum licet admissos Tishonia flecte Iugales;  
 Teq, iterum Eois abde sub equoribus,  
 Aut ferruginea vultum tege nube refulget  
 Clarius et terris lux modo lace tua.  
 Ni facis; egressam temere pudor obruet aureus;  
 Victa mea postquam videris os Domine.

Mariæ Garloniæ Grappinæ.

Sannazz Propago formosa arboris  
 Formosa virgo, que vagos  
 Inter orta Cupidines,  
 Veris lilia vincis.  
 Rosasq, molles, & croci

Pulchritè

Pulchrè rubens isigneum

Florem, & erubidas comas

Halantis Hyacinbis;

Redisti avitos ad Lares,

Felicem ocellatis tuis

Reddisura Neapalim,

Charo admixta mearito:

Redisti adoptatos choros

Equalium, & prophetis simus

Matris, ac bene cognitum

Festis dulcis amorem.

Quis, ô, quis hunc albo miti

Signes diem lapidibus?

Quis Sabae salentibus

Addat minera florimis?

Vocando Musarum cohors.

Huc, huc, benigna, & abditæ

Barbiton cape, myrtleis

Fronicas vincita coronis.

Thalia, quid dignum tuo

Prætoris favore? quid bone

Voce vel fidibus student

Respondere Sorores?

Sed esse quid latum Dæ

Hinc absq; amoribus potest?

Non mouet Chione suis

Non me Lyda papillis.

Procul facestant hinc male,

Seclæ

*Secli pudor, libidinosus.*

*Miserest, minuti graves.*

*Si GALLONIA curas.*

*Invenia cur me tam citè*

*Ludendo incœpa deferist?*

*Hac eras facies novis*

*Non fraudanda libet tis.*

### In Eliam.

Zanchi-  
us.

*Tempore quo primam facies se lucida cœli*

*Exerit, & vario prata colore nitent:*

*Errabat mea vita vagi propè Tybridis undam,*  
*Qua circum viridi flore renidet humus.*

*Hinc atq[ue] hinc plœta resonant p[ro]pt[er] turbæ volucres*  
*Daulias & densis obstrepit arboribus.*

*Aligeri exultant puers, plaudentibus alis,*  
*Pro Venere hanc matrē iam flos qui sq[ue] cupit.*

*Hinc demum herboſo caput inclinata cibilli,*  
*Molliter exertum pressit ELISA lasas.*

*Mox surgit, strophioq[ue] ſinus, & lachea colla*  
*Pingit, & ornatam versicolore comam.*

*Dumq[ue] comam Zephyris circumspiratisbus aurea*  
*Sol videt, obducto palluit ore Deus.*

*Hinc auro fulſete aura, fulſete reponit*  
*Prataq[ue], & aurato fulſet ab amne Pater.*

*Cœlestes dumq[ue] illa oculos circum omnia volvit,*  
*Pro spinis violas terra beata tulit.*

Quid

*Quid tunc optarim tacitus mihi, dicat Apollo:  
Dicat: qui nostro pectore regnat Amor.*

### In Rhodon.

*Vt primum dilecta RHODOS, pulcherrima Phœ  
Carpathio fudit te Venus alma sinu,  
Risit, & assiduis permulcens pectora palmis,  
Et reflorens blanda lactea colla manus.  
Accipe aut, meacura, mei iam pignus Amoris,  
Hos erinxasq; hac cingula pietate Deæ:  
His homines, his, grata Deus nova Cypria vices:  
His Amor hanc allo tempore inermis erit.*

### Puellæ Laus.

*Candidum pectus, sinus, & papilla,  
Pulcher & venter gracilis tumore,  
Crura procula, aur coligq; pedes,  
Omnia rara.*

Stopius.

### Herminæ.

*Fortè vagans, nudis Amor ut te aspergit ocellis,  
Te falso matrem credidit esse suam.  
Non mirū ô superis aquæ HERMINA Deabus,  
Altera nam Veneres, vel Iove digna Dea.*

S Ad

## Ad Næviam.

Tosca-  
nus. *Qualè nitet sudus de pulsis nubibus aër,  
Tale tibi nivea, ~~NOBIA~~, fronte decus,  
Flammea Ledæos imitantur lumina fratres,  
Kandè infesta ferus spicula tendit Amor.  
Crinibus Idmania superantur sita Pueræ.  
Thaumantis quales vellet habere suos,  
Cinnama purpureis spirans Panacea labellis,  
Quæ cedit Raphia in te exiore rosa,  
Forma papillarum est malis equis la gemellis,  
Virginea fuerint que modo lecta manu.  
Nec possum teretes digitos sacuisse manusq.,  
Quas candore niveis vincere posse puto.  
Non igitur mirum, si sunt m̄hi causa doloris  
Frons, oculi, crines, labra, papilla, manus.*

De Fronte, Oculis, & Labris.  
Cæciliae Medices.

*Frons tua, non frons est, speculū sed, cuius Amā-  
Audaces oculos lumine cæbat Amor.  
At q̄ oculi, non sunt oculi, sed sydera quorum  
Pectora flammatis ignibus urit amor.  
Labraq., non labra, q̄ sunt dulcia cinnama, succis  
Quorum Nectareis basia condit Amor. (tum  
Sic speculū, astræq; cinnama, lymna, corda, pala-  
tib; obsumunt radijs, igne, liquore suo.*

De

## De Lucretia.

*Quām benē Romane veteris LVCRETIA nomē  
Sortita est, quam sic dotibus una refert?  
Hoc uno differt: illi post ultima fata  
Venit serus honos, hanc sua vita probat.*

## De Delia.

*Cum tenui florem pingit mea DELIA filo,  
Nativum proſe vendicat arte decus.  
Idalijs illum formosae Cypridos hortis  
Purpureum iures exeruisse caput.  
Tantus honos folij, viridanti & gratia forme,  
Operæ insignis mirificeq; manus!  
Quæ cum perpetuos veris servetis honores,  
Tam mira eternas fingitis arte rosas.* Incertus.

## De Himera,

*Spectatum innumerū accurrūt decus oris HIME - Franchi.  
Seù sacra tēpla subit, seù redit illa domū: (R. A.  
Hec ovat, & curru fertur laudata superbo,  
Nec me, nec magnos aestimat esse Deos:  
Hei mihi! me perdit Lominae concursus. HIME -  
Vive domi, & tu g̃es sist e proterva pedē. (R. A  
In nævum Himeræ.  
Non procūl à mēto nivē pulcherrima HIMERA,  
Sij Navum*

Nævū habet, & pulchro nevus in ore decet.  
 Nec macula est, picea insignis nigredine nævus,  
 Sed lumen, tanquam sydus in arce Iovis:  
 Lucifer est igitur merito mihi nævus HIMERA:  
 Tuq; aurora mihi, su mihi HIMERA Dea es.

### Ad Mariam Mendociam.

Iure nites niveo MENDOCIA flore Iuventa;  
 Perpetuoq; vires tempore, namq; Dea es.

### In laudem Margaretæ Austriae.

AUSTRIA, qui teneros depinxit pictor Amores,  
 Et qui carpento florida ferta tuo:  
 Stultus erat, nam tecum una vectaneur Amores,  
 Erumpunt q; rose, qua Dea carpis iter.

\* \* \*

Axem aquile moderantur, equi capita alta  
 Temone currus AUSTRIA magna tu: (ferentes  
 Ergo cum libeat latis decurrere campis,  
 Cum libeat cursum tollere ad astra, tuum est.

### Ad Amicam.

Dacius. Quam sibi fatidicus votis deposcat Apollo  
 Candidior nivibus est ibi Cesaries.

Frons

*Frons nec lata nimis, nimiū nec longa, brevisvè,  
 Grata colore suo est, grata supercilio.*  
*Quos Venus, & volucr cupiat cū matre Cupido,  
 Syderibus similes fronte micant oculi.*  
*Purpureus ridet nasus, frontemq; serenat,  
 Infelix quem non carperet irvidia.*  
*Quasq; Iuvēta genas, & que velis ora Venustas  
 Divorum cuivis emula habet facies.*  
*Omni perspicuo coniuncta est gratia mento,  
 Parvaq; de modico labra rubent minio.*  
*Stant ebori similes tenui discrimine dentes,  
 Et micat è parvo plurimus ore nitor.*  
*Dulcè repercuso lingua modulanè palato  
 Vox sonat, Hermaeo dulcior eloquio.*  
*Ipsa teres spatio sese gula porrigit aequo,  
 Quām sibi venatrix Delia percuperit.*  
*Lati humeri, latum pectus, mollesq; lacerti,  
 Longa manus, teretes ungue bono digiti.*  
*Exiguo medium q; yro sed balsheus ambit,  
 Ilia dum iusto lata tument spacio.*  
*Mollia lascivo crura exultantia ducētu  
 Divinum incessu nescio quid redolent.*  
*Pes brevis, & que non sub ueste latentia dicam,  
 Concedat Venus his, & Puer Idalius.*  
*Omnibus his moveor, quis enī tam ferreus esset  
 Istorum vel quem singula non moveant?*  
*Qua tamen haud ulli te posse placere putares,  
 Hac una, fateor, tu mihi parte places.*

S iij Ad

## Ad Isabellam.

Chryso-  
stomus. *Tres vidisse Deas fertur Priameius Heros:*

*In te una video tres, ISABELLA, Deas.  
Iudice me, cedunt omnes tibi: cedit honore,  
Ingenio, forma, Iuno, Minerva, Venus.*

In obitum Maxillæ, quærimonia  
Solis.

Viceco-  
mtes. *Solus mundi oculus, solag̃s Lux eram*

*Orbis publica, sed novus  
Sol, lucem, atq; faces nunc sibi vendicat.*

*Si inter sidera ego mico,  
Inter virgineos eniret hic choros.*

*Si obstantes nebulas ego  
Scindo, discutit hic nubila amantium.  
Si flores varios alo,*

*Hic mulierum animos, nutrit, & educat.*

*Si Horæ sunt comites mihi,  
Huic adstant Charites atq; Cupidines.*

*Si fervent radijs meis  
Agri, huiusq; oculis corda hominū calēt.  
Demum quicquid ego paro,*

*Et quicquid moveo, hic & parat & mo-*

*vlt.*

## De Cæcilia medicęa.

Tosca-  
mus.

*Sive ego CÆCILIAE perlustro lumine crines,  
Impli-*

*Implicitum nectunt aurea vincla animum.  
Sive genas pario fulgenes marmore, & ostro  
Purius, accendit flammca vis animum.  
Seu risu ventos, tempestatesq; s. renat,  
Dulcis alit misserum spes, refovet q; animum.  
Seu celestè vagos radianies vibrat ocellos,  
Mille modis fodiunt ignea tela animum.  
Seu liquidas auras cantu demulcit, & aures,  
Perfundit suavi Nectare vox animum.  
Seu roseis citharam digitis pertentat eburnam,  
Concentus caput dicit in astra animum.  
Implicitat, urit, alit, pungit, demulcit, inescat,  
Crine, genis, risu, lumine, voce, manu.*

### Ad Margaritam Francicanam.

*Dives margaritas licet India mittat & aurum, Vtchenho-  
MARGARIS Eoas gemma vincit opes. vius.  
MARGARIS una sui saclis decus, unio sexus  
Faminei, Franci spes, columenq; soli.  
\* \* \**

*Sit licet Eois dives Pactolus arenis,  
Ostenter q; suas India Margaritas. Bellaius.  
MARGARIS una tamē felix quam Gallja iactat,*

*MARGARIS una ævi lausq;, decusq; sui.  
Lucidior gemmis, fulvo pretiosior auro,  
MARGARIS Eoas Gallica vincit opes.*

*S tij. Aspice*

Andre-  
linus.

*Aspice sydereo radiantia lumina vultu,  
Labra q̄ purpureis invidiosa rosis.  
Aspice composto cudentes ordine dentes,  
Cuncta q̄ vincentes Punica mala genas.  
Nonnē vides sparfos per eburnea colla capillos?  
Nonnē sonant ipsum verba relata Iovem?  
Quid referā Baccho dignas vel Apolline pal-  
Et qua rā pulchro corpore mēbra nūtent? (mas,  
Sola pharetrati si signa Cupidinis addas  
Hic erit ex omni parte sequendus Amor.*

### Ad Rubellam Puellam.

Borbo-  
nius.

*Laudarunt alij suas amicas,  
Cantarunt q̄ suos Poëta Amores.  
Tu per te satis es, RUBELLA, clara,  
Es, vel si mea Musa iam sileret.*

### Ad Hyeronimam Columnam.

Pancia-  
ticus

*Forma, genus, splendor, tituli, fortuna, triumphi,  
Sunt tibi ceu nullū, Diva COLVMNA, iubar:  
Nam maiora petis: scrutaris sydera, cælum,  
Vi possis Solem vincere luminibus.*

\* \* \*

Manu-  
tius

*Hesperus a therei longè pulcherrimas orbis  
Interniret scillas vagas:  
Et rosa fragrantes flores tulit inter honorem  
Cruore*

*Cruore tincta Cypria:*

*At te faminea decus, ô HIERONYMA, gentis  
Terris dedere Calites.*

\* \* \*

*Nunc sume blandam, Melpomene, lyram:*

*Dicenda nobis est HYERONIMA*

*Columna vatum firma, vestri*

*Firma chori, Donides, columna.*

*Nam si decorum est nascier inclita*

*De stirpe quenquam: vix queat altera*

*Terras per omnes inveniri*

*Progenie sata clariori.*

*Vt cui paternum sit genus à sacra*

*Columniorum gente, Aragonijs*

*Ab regibus materna origo,*

*Quaeis nihil extitit orbe maius.*

*Si quid venustas oris amabilis,*

*Ille & Iuvente purpureus nitor*

*Vera merentur laudis, una*

*Prenitet hæc alijs puellis:*

*Qualis Diones filia, maximi*

*Iovis voluptas, & decus aetheris*

*Perenne, Divas inter omnes*

*Alma Venus specie refulget.*

*Sunt ista certè maxima, quis neget?*

*At una virtus ex Acherontijs*

*Aufert tenebris, una summis*

*Nos similes facit esse Divis.*

Arcuci-  
us.

*Virtutis*

*Virtutis olim munere Romulus*

*Cælum petivit: fortis & Hercules*

*Relatus est Divorum in album*

*Concilio Iovis approbante.*

*Ævoqꝝ nostro gentibus omnibus*

*Quas ille rexit, collachrymantibus,*

*Hanc ipsam ob unam Cœli in arcem*

*Vidimus Austriadem receptum.*

*Praetara virtus, qua mihi ceteris*

*Præstat puellis, hac HYERONIMAM*

*Vel sola quondam collocabit*

*Sedibus æthereis COLUMNAM.*

\* \* \*

Othelius *Et plectro, & cithara iuvat*

*Cantare; ergo, age, quem virum,*

*Quem blandis fidibus Deum*

*Clio ritè canemus:*

*An te, candide Cynthij*

*Collis & nemoris sacri*

*Cultor, ô Iovis, & Deum*

*PHOEBE, blanda voluptas?*

*Ante DELIA maximi*

*Caſta progenies Iovis,*

*Latonaqꝝ, Erymanthij*

*Cultrix atqꝝ recessus?*

*An te Diva potens Cypri*

*Miscens tristia dulcibus,*

*Quam circumvolat & iocus*

Pulcher

Pulcher atq; Cupido?  
 Sed quid nunc solitis prius  
 Dicam laudibus? Inclytam  
 COLVMNAM, undiq; nomina  
 Cuius concinit Echo.

Hanc, hanc dicite Virgines  
 Castæ, & vos pueri integri;  
 Huius tollite laudibus  
 Sanctæ numina Divæ.

Iam, iam linquite Cynthia  
 Puellæ, & pueri integri,  
 Phæbumq; & Venerem parem  
 Frustra huic se esse putantem.

Namq; tempus adeſt, adeſt  
 Tempus, nunc nimis aureum  
 Quo dent cuncta locum Dea  
 Iſti numina Divum.

Qua nil clarior ultimo  
 Indo Sol veniens videt;  
 Qua mores nitidi vigent,  
 Et mens candida semper.

Hac Phæbum numeris suis,  
 Ac blandis fidibus lyra  
 Doctum vincit, & artibus  
 Ipsam sapè Minervam.

Hac verbis placidis petet  
 Mentes frangere ferreas  
 Nam dulci eloquio valet

Maior

*Maia vincere natum.*

*Hæc suo ingenio solet  
Cuncta noscere sydera, &  
Horum dicere plurimos  
Effectus, variosq;.*

*Quis ergo hanc fileat Deam  
Quis non laudibus efferaat  
Magni progeniem Ascanij  
Iohannæq; potentis.*

*Hanc Solem Italiæ canent  
Puella Aoniae, hanc canent  
Romanae decus optimum  
Genit, præsidiumq;.*

*Vnde sydere clarior  
Vivet fama HYERONIMÆ,  
Dum Titan radijs suis  
Latum texerit orbem.*

\* \* \*  
Gózaga. *Hæc fovet alma Venus, fovet hæc castissima Pal-*  
*Castæ sit ut dubites, sit siue pulchra magis. (las,*

\* \* \*  
*Cernere nil oculi egregium, mens ardua nilq;*  
*Concipere egregium, conspicuum vè potest:*  
*Quod tua non superet species, viriusq; genusq;.*  
*Hæc superis faciunt te esse COLVMNA parem.*  
*Quare et si de te meditentur carmine vates*  
*Maxima, tu illorum carmine maior eris:*  
*Summa sibi fingant onnes, & summa refingant*  
De

*De te, nullus mendax esse Poeta nequit.*

\* \* \*

*Vt virgo in viridi Puella prato,  
Quod terra omnigeno colore florum  
Exornat redeunte vere, profus  
Nescit quem prius eligat, suisq;  
Excerpat manibus; videntur omnes  
Tam pulchri fotis, odore, visu:  
Sic dum ipse intueror stupore plenus  
Dotes multiplices, quibus refulges,  
Sen partem inspiciam secretiorem  
Quae cælo venit ac Deorum imago est;  
Vel que lumine cernitur parenti;  
Aut que forse bona obtigere: profus  
Ignoro, unde prius mihi capessam  
Vllum principium, vel unde sperem  
Eventum ex animo. Decus utiuscum  
Numelarum generis parente utroq;  
Deductum celebre, ac domi forisq;  
Longa posteritate seculorum  
Insigne hic referam? omnibus propago hac  
Terris cognita, laudibusq; cunctis  
Iamdudum micat: an tui venustam  
Formam corporis oris, atq; vultus  
Narrem? Num eximias tibi paratas  
Arte, aus ingenitas, dataq; cælo  
Virantes recinam? id referre longum  
Et suprà ingenium est meum. ergo ranta*

*Laudes.*

Bizarrus

*Laudes preteriens, colam silenti  
Te voce, atq; animis fanebo, donèc  
In nobis anima ulla pars manebit.*

\* \* \*

Turcus. *Fulgida nunc terris, & tam speciosa moratur  
Quæ facies præstans syderibus nitidis?  
Ipse proculdubio divino semine natam  
Credam mortalis mos, neq; forma patet.  
Corpore formoso incedit, vulnq; venusto,  
Iunonis dici possit ut illa soror.  
Quam contemplatur cœlos, causasq; latenteis;  
Eius virtutes miror, & ingenium.  
Amplius haud poteris primas Tritonia partes,  
Iure sibi primum vindicat ista locum.*

\* \* \*

Robor-  
tellus. *Contigit olim unus multis laudator Homerus,  
Ætas hac centum si nostra rulisset Homeros,  
Vix te unam possent satis exornare canendo:  
Iliadas etenim centenas carmine dulci,  
Quale olim multis divinus scripsit Homerus,  
Et si contextant, Musis, Phæboq; volente,  
Semper de te multa alijs dicenda supersint.*

### De Euphrosina.

Melissus. *(mæni)  
Quicquid habent Charites festivi, quicquid a-  
Nymphe, & doctrinæ Palladi quicquid inest:  
Casti quicquid adest Veneri, Musisq; decori;  
Quicquid*

*Quicquid honestatis candida Vesta gerit:  
Deniq; laudatur quicquid vel quicquid amatur;  
Nō nisi in EUPHROSINA quare Melisse tua.  
Hec habet atq; gerit sola omne, quod inclita vir  
tus:*

*Huic & adest & inest quicquid ubi q; boni est.  
Omnis in hac GAZA est sita, dixeris omnia, si vel  
Nomine tu solum dixeris EUPHROSINEN.*

### De Cassandra Pasquinia. Ad Pompeium Prospeturum.

*Solis ad occasum slabam, miratus Olympum  
Aureola claras spargere luce facēs.  
Provehet, aiebam, nobis lux crastina sudum.  
Exoritur nitidam protinus ecce Iubar,  
Parpureis CASSANDRA genis, oculisq; serenis;  
Splendidior radijs, fulgidiorq; rosis.  
Quid censes, ô Prosper? ego felicior, an tu;  
Quis talem præsens obtulit hora Deam?  
Pulchrius hac nibil est, nihil bac formosius usquā  
Inter Senensis Numinarara chori.  
Sydera quā rēlique quā Sol CASSANDRA sit,  
Præstinguat cūctis lumina syderibus? (an nō  
Ad Rosinam.*

*Vires ingenuæ, curaq; virium  
Quæ sanitatem in corpore temperat,  
Te cedro faciunt parem*

O ROSA, vere te penti.

Nunc lauro similitas, nunc tilia mihi  
Videtur, ultra te Melisbus fides  
Cingunt rore Thalassino,  
Bacchare Flora coronat.

IN CVRA Charitum FLORIDA semper es:  
Cultu Thaleia mascula roscida

VI FRONDES ALAORI: coma  
Luxuriantur in auras.

Flores quale furens Auster amygdalis  
Decus sit, et vi flos cecidit mei; ac  
Ceū bruma aspera vineas  
Despoliaruit honore.

Arentes gēfōre, LVX mea, amygdalas,  
Siccossq; succis imbue palmites:  
Gemmae palmes ager novas,  
Trudet amygdala flores.

Tunc vel sub medij triste capri gelu,  
Avi vigoris perpetuō tui

FLORENS DICAR, & altior

Abiecte sydera tangam.

### De Cassandra Pasquina Petricia.

Dulcē ego ridētem CASSANDRAM, & suavē io-  
Iucundēq; loquentem (cansem;  
Audīvi, vidi, sensi. Risūq; iocisq;  
Illiisq; loquellā

Dulciss

*Dulcissus esse nihil potè, nil potè suavissus esse,*

*Nil iucundius usquam,*

*Ah! stupor est, cui non CASSANDRA valenior  
Sensus auferat omnes,* (una)

### In Blandinam,

*Lumina BLANDINÆ Iunonia, dextra Minerva Posthius  
Sunt Veneris mæma, sunt Thesidisq; pedes. (est,  
Felicem aspectu facit, alloquioq; beatum,  
Semideum unanimi corde, Deumq; thoro.*

### De vestibus Lepidinæ.

*Seù te rubra tegit, seù candida vestis, uterq;  
Minificè exornas te, LEPIDINA; color:  
Intactus candor quia debet inesse Puellis;  
Purpura Reginam, qualis es ipsa, decet.*

### Ad Annam Crequiadem.

*Felix quem facies aurea CREQUIAS*

Macri-nus.

*Prima nocte virum, cui tua cereis*

*Amplexu tenda lacertis*

*Mollis colla dabis toro.*

*Nam cum labra rosis amula punicis,*

*Et patos reputo mecum oculos, quibus*

*Mortalisq; Deosq;*

T miris

*Miris torquet Amor modis.  
 Cum guttur Getica candidius nove,  
 Extantesq; novo tubere primulum  
 Levi in pectore mammas,  
 Et flavum capit is decus,  
 Vnam de numero te Oceanitudum,  
 Natarumve Iouis credere suadeor  
 Divino ore Diana;  
 Aut matri Idalie parem.  
 Si conspecta fores cum pet eret Pelops  
 Phryx auriga humero pulcher eburneo  
 Fidentem Hippodamiam  
 Patris curribus impigeris,  
 Illi te fuerat prepositurus,  
 Ducturus thalamos victor in exteros  
 Nulla fraude cruento  
 Praegressus stadio rotas.  
 Nec pressam domitor semibovis viri  
 Somno Nagiacis linqueret in iugis  
 Inser lustra ferarum,  
 Et valles nemorum impias.*

### De Cossicia nobili Puella.

*Vulteius COSSEIAM ornarunt Iuno, Pallasq; Venusq;,  
 Dotibus externis corporis, ingenij:  
 Effecta est dives, sapiens, formosa, Puella,  
 Solaq; tres iunctae quod potuere, potest.*

*Lis orta est. Venus esse suam, Pallasq; revicit,  
Esse suam Iuno, queritur una tribus.*

*Arguit ingenuas artes tribuisse Minerva,  
Divitias Iuno, candida membra Venus.*

*Vis dirimam litem? me Iudice Cypris habebit  
Corpus, divitias Iuno, Minerva animum.*



## IV.

## VIRTVTES.

## Ad Cytherida.

*Ha pares Berenicidos capillis  
Sublustresq; come, aureiq; crines,  
Circumpenduli & hinc, & undequaq;,  
Nodis dulcibus implicant amantes.*

Crotus.

*Ha pares Amathuntidos papillis,  
Gemmea, orbicularula papille:  
Hoc pectus nivcum, hacq; eburna colla  
Animam inspicientibus revellunt.*

*Oscilla at rosa iude, pupurilla,  
Et baccis & bulis amula hinc labella,  
Hac aura, auram Arabum ferens odoram  
Inter retia trudit hos, & illos,*

Nec quivis pedicas fugit reposas.  
 Ha gena, quibus insidet Cupido,  
 Molles, purpureaq; lacteaq;,  
 Vibrant eminus aureas sagistas.  
 Ignes Idalis undiq; his ocellis  
 Et dulces alit, & faces retorquet.  
 Formosi hi digiti, ha manus tenella  
 (Dum inter fasciolas, acusq; ludunt  
 Arachne quibus, & Minerva cedit)  
 Vnici sunt misorum, & haustra Amantum,  
 Imis que ossibus hauriunt medullas,  
 O felix nimium CYTHERI, santo  
 Formæ prodigio tuae, que Amores  
 Amatos facis, & facis beatos.

### Ad Cepuricam.

Fers CEPVRICA gemmeis papillis,  
 Et vultu illice, & igneis ocellis  
 Facesq; & calamos, pharetram, & arcum:  
 His urisq; ferisq; ubiq; amantes,  
 Quos cogis, Fera, mille, mille, mille,  
 Mortem vulneribus praoccupare:  
 Fers CEPVRICA, & ore pervicaci  
 Mox vitamq; animumq; spiritumq;  
 Si quando oscula promulis labellis  
 Porgis mi invicem, & invicem reposcis  
 Vafra, subdola, anhela, pertinaxq;

*Lanquenti exanimata murmurillo.*

*Dys CEPVRICA iure comparanda es;  
Vitam amantibus (ut lubet) rapis qua,  
Iisdemq; (ut lubet) hanc subinde donas.*

### Ad Puellam.

*Olim qui Veneris vultum depinxit Apelles,  
Maximus & primus fertur in arte sua.*

Borbo-  
nius.

*Ecce tamen genitor tuus est præstantior illo,  
Cuius peniculo facta Puella, Dea es.*

*Illa quidem multos urebat Apellis imago,  
Atq; aliquot iuvenes capit Amore sui,*

*Non habuit tamen unde suos restinguere ignes:  
Tu simili flamas, & medicamen habes.*

### Ad Celiam.

*In crine accendens Amor est intextus; amœnis  
Enitet in labris, fronte q; dulcis Amor.*

Angeli  
nus.

*In pulchris stat Amor manibus, stat pectore in  
Quæ catas, doctis cantibus exit Amor. (albo;  
Agglomeratur Amor pedibus, quum vadis, ubiq;  
Vi servus Dominam, te comitatur Amor.*

*Non unū ergo tenes, sed mille in corpore Amores,  
Quicquid habes Amor est, ô Dea, quicquid  
De Cæliæ flamma. (agis.*

*CÆLIA dum terret niveo sub pollice fusum  
T iij Torqueret*

Torqueret, lateri staret & alba colos:  
 It linum in flamas. unde hic accesserit ignis  
 Ignoratur. Ait Serva: cremavit Amor.  
 Nam dum corda nequit, que sunt adamantina,  
 Insidians voluit lina cremare rogis. (miris  
 Inquit Anus: lychni fuit hac scintilla propinqui,  
 Blanda sed augurium credidit esse parens.  
 Aut hoc, dixit, erit fulgens regina: vegeta q;  
 Non fallor, terras & mare; signa patent.  
 Aut hoc aeternum infiget tellure trophyum  
 Ob formam: vivas filia, fulsis apex.  
 Talia dum referunt, telis armatus & arcu  
 Venit Amor, blandos sic dedit ore sonos.  
 Si longè aspiciens hac urit lumine Divos,  
 At q; homines; propè cur urere līna nequit?

### De Lepidina virgine formosissima.

Posthius Et facibus caret, & iaculis pharetrāq; Cupido.  
 Nam LEPIDINA isthac arma superba gerit.  
 Cōminis hinc flammis puerosq;, senesq; perurit,  
 Eminis at iaculis corda animosq; ferit.

### De Hycronima Columna.

Dragius. Castalides extare novem dixerē Poeta;  
 Quas thure, & precibus iam coluēre pījs.  
 Cum peterent ventura viris, bis quinq; Sibyllas  
 Poscebant

Poscebant, donec certus Apollo daret.  
 Munera, opemq; Deum aris inclinata vetustas  
 Orabat lacrymans sepè salutis egens.  
 Virtutum specimen Latus nunc protulit orbis,  
 Cui faveat Musis docta Minerva, suis.  
 Namq; futura videt, Cali meditatur & astra;  
 Si sexum tollas, Delphicus alter erit.  
 Quod si scire cupis, Soboles Romana, puella est,  
 Gloria Parthenopes, Ausonieq; decus.  
 Laudibus ad celum meritis hinc maxima vatū  
 Pars tollit, cum sit Musa, Sibylla, Dea.

\* \* \*

Voce, lyraq; tuam laudent HYERONIMA formā; Franzo-  
 nius.  
 Teq; canant alij Regibus esse satam;  
 Si mihi Pierides, si nunc spiraret Apollo,  
 Ipse primi canerem tot bona rara tui.  
 Nam vincis Latias virtutibus Heroīnas,  
 Vi Sobexortens astra minora fugat.

De amore osculante LAVRAM,  
 cum Matrem crederet.

(iunxit, Stroza  
 Vidit Amor LAVRAM, & matrem ratus oscula Filius.  
 Oscula que mixto toxica melle ferunt.  
 Vt sit & exarsit, flammaq; haud gnarus acerbū  
 Flevit, & ip pharetra credidit esse dolos.  
 Convolutis calamos nullus reus, A'rea, dixit,  
 Mater, in hoc omnes vulnere es ulta faces.

De


## De amore &amp; Diana Ariosta.

Gyral-  
dus.

Sūpserat arma Puer Veneris, quò pectora Phœ.  
 Vreret igne sacro frigidiora nive. (bes  
 Ut verò hunc vidit simuante cornubus arcum,  
 Flammiferis oculis trux petat ipsa Deum:  
 Quid nos ut ferias, dixit, tua tela fatigas?  
 Nunc age, nunc nostras experiare faces.  
 Et dicto citius oculis sic uscit Amorem,  
 Cesserit ut Phœba spicula sœva Puer.  
 Illa triumphales depropulsit leta sagittas,  
 Vrit & hinc homines, urit & inde Deos.

## Ad Fontanam.

O FONTANA tuus fons mergit, & urit Amatē,  
 Ignis & ex oculis missaq; gutta fluit. (undā.  
 Dum video, inflammor. flama hæc mihi suscitat:  
 Sic fit, aqua in me ignē suscitet, ignis aquam.



## V.

## MVSICA.

## Ad Focillam.

Pótanus. Si rideas, Veneres, FOCILLA, rideas:

Si

*Si cantas, Veneres, FOCILLA, cantas:*

*Si saltas Veneres, FOCILLA, saltas:*

*Demum sunt Veneres, FOCILLA, quicquid*

*Ludisq; & loqueris, facisq; agisq;*

*At cum nudula lectulo recumbis*

*Imer delicias, libidinefq;*

*Tunc non es Veneres, Venus sed ipsa.*

*Venus, ne dubita, FOCILLA, tunc es.*

### Ad Petrum Summontium.

*Dicit dum choreas, NEERA, linquunt*

*Et prata, & virideis agros Napea.*

*Pulsat dum citharam NEERA, currunt*

*Ad plectrum Driadesq; Oreadesq;*

*Cancat dum ad numeros NEERA, culta ad*

*Cantum Naiades ruunt frequentes,*

*Miscent hinc thyasos, NEERA ducit.*

*Et dicit simul, & canit, canenii*

*Assurgit nemus, assonant q; ripe:*

*Et littus resono fragore plaudit,*

*Plaudit ceruleis Avernus undis,*

*Gaurus de specula superbis alta*

*Effundit violas, rosas, cyperos,*

*Et myrti teneros, thymiq; flares,*

*Vnam & balnea consonant NEERAM.*

*Dic, ô, dic age PETRE, que voluptas?*

*Qua mens tum tibi: non beatus esse?*

267. HORTI AMORIS  
Non Dis per similiſ tibi videris?  
Quid? cum de Charitum manu capillum  
Ornata, ambrosia & comam liquore,  
In te dulciculis tuens ocellis,  
In te lacteolo ſinu refuſa  
Inſtillat placidum tibi venenum,  
Et vultu, & labijs, & ore hiulco?  
An non invideant Dij tibi ipſi?  
Non quod Dij dederint, dedit NEERA,  
Indicas etiam ut Dij's duellum.

### In Floram.

(amoris:  
Politia nus. Plectron habet cithara, mea FLORA, & plectro  
Hoc mentem plectro percutit, hoc citharam.  
Ah! miserum, si cui dura eſt: ſi quem afficit illa,  
Alter is Anchises, alter Adonis erit.

### Ad Danielēm Rogersium, de ROSINÆ cantu.

Melissus. Aſſa ſrūe canat ROSINA voce,  
Inſtar Lufcinie fruſtinentis;  
Docto pollice ſeu fides pererret;  
Siſe utrumq; melos ſimul vibriffes  
Et lingua, & digitis decenier apis;  
Extra me migro, praripit ſonorū  
Concentus mihi Cor, lecurq;, & ipſa

Ferſus

*Fertur mens animi lenis in auras.*

*Cæli iam videor vehi per astra,  
Audiens Genium chorum occidentem;*

*Dum psalmos iterat Puella, mira  
Flexu vocis, & actione dextra.*

*Exclamo, obstupefactus, ô Rogersi:*

*Aut ipsa harmonia est ROSINA cantrix;*

*Aut est Angelica genus caterva,*

*Aut cerise Angelus hac agit per ipsam.*

### De Diva Borgia canente.

*Quale Periclio manabat Nectar ab ore*

Stroza  
Filius.

*Quale suo recinit funere carmen olor:*

*Quale melos Siculo genuit cita vela profundo,*

*Tale refers, sed & hoc, BORGIA, dulcè magis.*

### In Lauram.

*Cum blandum rides, cantas cum dulce, gravesq;* Berzosa.

*Arguto chordas pectine, LAVRA, feris,*

*Ridet amor, cantat Charites, Venus aurea pulsat,*

*Tota es Amor, tota es Gracia, tota Venus.*

### In Columnam.

*Anic alias, tellus peperit quas Itala, honore* Otheli-

*Eterno est equidem digna COLVMNA colis. us.*

Nam

*Nam si vel digitis, vel curvo pectine pulsat*

*Hac citharam, rapidas carmine sistit aquas:*  
*Si ridet toto deterget nubila cœlo;*

*Si loquitur verbis aspera saxa domat.*

*Illa eadem patrum si lumina vertit in aquor,*  
*Sidereo tumidas lumine sternit aquas.*

*Illa eadem, gelido sylvas Aquilone movente,*  
*Si graditur, vario flore coronat humum.*

*Hanc igitur cunctæ studeant laudare camæna*  
*Certatim, & doctis tollere ad astra modis.*

\* \* \*

*Lupatus Heroum sobolem nobis rulit alma COLVMNAM*  
*Parthenope, qua nil clarius orbis habet.*

*Hanc Phœbus docuit cœlestes noscere cantus,*  
*Et Maje proles dulcia verba loqui.*

*“ Cui Venus effinxit formam, lumenq; iuvante;*

*“ Corpore fit virtus gratior egregio.*

*Hac est Ambrosia, hac divino Noctare digna;*

*Hanc virtus, probitas, formaq; ad astra feret.*

### Thaumantiæ cantus.

Scaliger. *Cantillans Dea cœlestes dum provocat auras:*

*Et roseo ignotos explicat ore modos:*

*Dulcia flexanima miratus carmina lingua,*

*Inconsulta animus ebbit aure necem.*

*Tum se ipsum fallens paulatim elabitur: & iam*

*Iam moritur: nec scit quid fuit inde mori.*

De

## De Iulia.

*Orarum forme decus, ô lepidissima verba,* Areostus  
*O benè deductum pollice & ore melos,*  
*An Charitum quarta, an Venus altera, an addita*  
*Musis*

*Est decima? an simùl hac gracia, Musa, Venus?*  
**IULIA** quin sola est qua cantu Musa, lepore.  
*Gratia, qua longè est victa decore Venus.*

## De Euphemia Iozola Neapolitana.

*Dum movet insignis dulces EUPHEMIA cantus, Franchi-*  
*Integras & molli carmina culta sono:* nus.  
*Sistit equos Phœbus, medioq; è vertice Olympi*  
*Miratus liquida flumina vocis: ait,*  
*Cedat olor, cedat philomela, huic cedite Musa,*  
*Vincit aves, vincit docta puella Deas.*



## VI.

## DE PRV DENTIA,

Ingenio, & eloquentia  
 Amicæ.

## Ad Candidam.

*Palladis in te quas artes miramus, amamus:* Grudius.

*Et*

Digitized by Google

*Et cupimus terris omnibus esse palam:  
Hoc tamèn est Prothei vatis discrimine dignū,  
An magis exornet te Dea? an ipsa Deam?*

\* \* \*

*Ipsa tibi ingenium Pallas licet, ipsaq; forma  
Invidet laudem, CANDIDA, pulchra Venus.  
Quid refert? lauro cingit tibi tempora Phœbus:  
Et Matris myrtos fert tibi castus Amor.*

### Ad Claricen.

*Cæstarius Tantus in ore vigor, tantum tua lumina fulget,  
Vi durum vertas quemlibet in lapidem,  
Tantus in ore lepos, tanta est tibi copia fandi,  
Defuncto ut possis reddere cuiq; animam.  
Non est cur dicam CLARIX te semine natam  
Mortali, ingenio, corpore, voce Dea es.*

### Ad Sabinam.

*Pascasius Talis forma tibi est, talis prudentia, tanta  
Sunt & opes, ut sis Iuno, Minerva, Venus.  
Iudicium Paridis nolito ut cunq; vereri  
In te cum solam tres coiere Deæ.*

### Ad Annam Pallantium.

*(salve.  
Modius. Cura Deūm, miraculum hominū, PALLANTIA,  
Tu*

Tu mihi Palladū numinis instar eris.  
 Instar quid dico? Non tu mihi Palladis instar;  
 Ipsa mihi, virgo, sed magè Pallas eris.  
 Ergò fave; tibi surget opus, te nostra loquentur  
     Plectra; bene quām plectrās nō satis aqua tuis.  
 Te solam ipse suis resonabit Rhenus in undis;  
     Te solam solis numina lata locis:  
 Te salmis, sylva, montes, vallesq;, ferag;,  
     Te qui errat tremulis ventus in arboribus.  
 Et meritò mihi te resonabunt omnia; pā quid  
     Invenias toto dignius orbe canis?  
 Vix dum etiā, nisi me decepit credula Amor res,  
     Altera ab undecima Bruma peracta tibi est,  
 Et iam audes ipsam Sophiae pervadere in arcē,  
     Miscere & Latij pallia Graca togis.  
 O certè Dēa, non hominum de stirpe, cui se  
     Tum tenera, atq; artes favit Apollo suas.  
 Ite, agite, ignavi, sinè nomine turba, Poëta,  
     Palladaq; exemplo ponite in ante meas.  
 In v: strūnummum pignus dabo magna talēa,  
     Quot bona de vobis carmina quisq; facit:  
 Si non & versa amistas PALLANTIA: & arte,  
     Humanum undē genus nominis omen habet.  
 Mussum iam dudum victi, dominamq; facentur,  
     Et faciunt, vino, Dia puella, tibi.  
 Macte mero, faci! isq; pijs vatuum annue votis,  
     Digna etiam præsens numinis esse loco. (phū:  
 Macte meroq;, inquā; celebrēt q; age lata trium

*Ausonis ora ori cedit & ipsa tuo.  
 Præcedent vincti currum sive honore Poëta,  
 Optantes Genij vim sibi quisq; tui.  
 Quadrijuges fama ipsa vebet super aethera cœli,  
 Et patria indigetum sistet in arce Deam.  
 Quid cœlum dixi? quin cœlum scra revisce;  
 Aut captas terras, si potè, semper habe.  
 Annus? aeternum & terras PALLANTIA habe-  
 Iā Dea, iam quovis digna & honore col? (bis,  
 Ergo mihi longum, ô cœlestis curia, salve.  
 Cum diva hic semper stat mihi habere mea.*

### Ad Neæram.

*Marullus Quod levissima pedum verrit vestigia crinis,  
 Quod sedet in nivio discolor ore rubor,  
 Quod colla & parvū vincentia pectora marmor,  
 Quod dens Getuli nobile dentis opus;  
 Quod digni imperio vultus quod tantus honor a  
 Frontis bonos, Paphia quod labra verna rose,  
 Quod micat urbanus generoso r̄sus ocello,  
 Quod quicquid dicis, seu facis omne decet:  
 Adde genus, regesq; atavos, fratresq; patremq;  
 Et congesta Deum regnaq; opesq; manu.  
 Non tamen ista tua fuerint præconia laudis;  
 Sunt maiora quibus, LVX mea, rara venis:  
 Ingenium, solerſq; animi prudentia rerum,  
 Pectoraq; intenera virgine digna viro:*

*Et*

*Et decor, & probitas, contra tua secula, & artes,  
Fessaq; virginis Calliopea choris.  
Fortunata animi tot dotibus: hac bona vera,  
Hac tua sunt, fati cetera dona brevis.*

## Ad Benciam:

*Filia si Venus est, quis te neget esse Dionem?*

Crottus,

*Sic homines urit, sic sua forma Deos.*

*At benè quod crissas, ac quod benè BENCIA,  
ceves,*

*Nominis inde tibi origine inesse opus est.*

*Quod dulci alloquio mentem, sensuq;, animaq;*

*Mox cicas, rectum, BENCIA, nomen habes.*

## Ad Celiam.

*CELIA cui tantum tribuit natura, polusq;*

Angerius.

*Sit minor ingenio ut famina, virg; tuo:*

*CELIA formosissima forma prestante Deabus,*

*Moribus & priscis anterenda viris.*

*CELIA Pierias inter veneranda Sordres*

*Arte tua, & dulci verba sonante lyra.*

*Omnia sub caelo que sunt, tibi CELIA cedunt*

*Ingenio, forma, moribus, arte, lyra.*

Fuphrosinæ Henselæ,

Augustanæ.

*Qua tam candidula est manus,*

Melissus.



*Ebur Indicum*  
*Niveo colore*  
*Alabastrum vincens,*  
*Cuius littera ductibus*  
*Calami integris*  
*Nitidam salutem*  
*Operosa Melisso*  
*Adscripsit Latio sonor?*  
*Manus ista pol*  
*Manus esse pulchra*  
*Mihi prodita certis*  
*Signis EUPHROSINÆ quod bac*  
*In epistola*  
*Meliore fratri*  
*Animi indice multum*  
*Me salvere sibi iubet.*  
*Quid ego tibi,*  
*Tibi quid rependam*  
*Meritissima virgo?*  
*Grates dulcicula feram?*  
*Nimis hoc parum est.*  
*Res salutem? id ipsum*  
*Minus. attamen ipsi*  
*Grates EUPHROSINÆ lubens*  
*Ago maximas*  
*Habeoq; porrò*  
*Sed agam, sed habebo.*  
*Semper; quin referam. sed &*

Ita

*Ita nuncys*

*Resaluto verbis,*

*Magis officioso*

*Hanc ut pectore non qucam:*

*Ita blanditer*

*Resaluto blandam,*

*Vi amantis amorem*

*Contestetur Eroton.*

*Quid enim tibi,*

*Tibi quid rependam*

*Meritissima Virgo?*

*Te formosa quadrimplam*

*Ego neveram*

*Viridi sub evo,*

*Chariumq; dicatam*

*Musarumq; sacris choris.*

*Tua bis novem*

*Propè finit annos*

*Modò grandior etas,*

*Iam te Melpemone leves*

*Docuit fides*

*Celeri increpare*

*Digito, yeso nosq;*

*Viva voce, per ambitus*

*Modulaminum,*

*Iterare cantus*

*Medio in grege Phæbi.*

*Iam te Pallas adinformis.*

*Phrygys opus*  
*Geniale telis,*  
*Dubio labyrinthi*  
*Septo texere conditum,*  
*Et acu recens*  
*Variata molli*  
*Bene pingere filia.*  
*Sic & parvula dum foret*  
*Ariadna, sic*  
*Pudibunda gnava*  
*Solita Icariotis*  
*Exercere frequens manus.*  
*Ibi nec Lyra*  
*Aberant, nec oda:*  
*Aderant q̄ laboris*  
*Solamen cithara. Fuit,*  
*Tuo cùm mero*  
*Labra melle tintæ*  
*Licuit mihi cor àm*  
*Audire, & modulus simul*  
*Canere. En erit,*  
*Yt in Italorum*  
*Diuturnior oris*  
*Lenté commorer incola,*  
*Viridem Lycum*  
*Procul ingemiscens*  
*Nitidam q̄ videre*  
**AUGVSTAM, decus urbis**  
*Erit,*

*Erit, ut mei  
Speciosa somni  
Per inania fruster?*

*Absens cerno ego, cernote  
Lepidissima,  
Propriam figuram  
Oculis, A<sup>bi</sup>moq<sup>z</sup>:*

*Nam non mentem animi modo*

*Rapit impetus,*

*Sed & ocyores*

*Rapiuntur ocelli*

*Ad quæ diligimus loca,*

*Licet avia*

*Penitus. Tametsi*

*Ig<sup>z</sup>isur procul absunt*

*Vestris corpore finibus;*

*Tamen Alpium*

*Iuga verticosis*

*Prohibere timebunt*

*Dorsis, quo minus hospiter*

*Propior Lyci*

*Aliquando Nymphis,*

*Nemus inter & horos;*

*Vsus nempe volucribus*

*Avidæ spei*

*Taciturnus alis.*

*Siquidem omine dextro*

*Spes ulteri<sup>z</sup>, citoq<sup>z</sup> iens*

*Beneſuada, mox  
 Fore pollicetur,  
 Vi amæna ſub horni  
 Opportuna Favonij,  
 Et hirundinum  
 Rediſus apricos,  
 Iterūm ipſe redux ſim.  
 Hanc uis Lucifer advebat  
 Roſeus diem,  
 Niveis notandam  
 Ab utroq; lapillis;  
 Votiuā EUPHROSINE roga  
 Superam Patrem  
 Prece. virginali  
 Prece flectitur aether.*

### Ad Annam Pallantium.

*Quum facias versus Muſis & Apolline dignos,  
 Certamen dectis prodigiale viris;  
 An tibi non cingam lauru Daphnaide frontem,  
 O Pallantiaca naſa Puella domo?  
 Iura Palatini Comitis ne ſperne, neq; ipſum  
 Civis Romani deſpice iudicium.  
 Nobilis antè clues antiqui ſtemmatis ortu,  
 Deq; tua partum Pallade nomen habes:  
 Iam nunc quid prohibet, ne tutè Poetria fias,  
 Nominis aucta novo lemnace nobilier?*

Ad

## Ad Iohannam Pallantium:

Sive Palatina de stirpe IOHANNA creata es,  
 Seu tibi Pallantis nomen origo dedit;  
 Seu magè te sacro Pallantias edidit ortu:  
 Indolis est vere Dia Minerva tua; (vñ,  
 Hac ut amo, venerorq; libens, & adoro Miner-  
 Non nisi que Musis digna colenda vetitis;  
 Sic de te mihi fas sit dicere: Tu mihi Pallas  
 Altera, vel, plus quam tu mihi Pallas eris.

## Ad Annam Pallantium.

Ecquid sub patrios Lares  
 Redux ab adsueta Vt enhou idomo,  
 O PALLANTIA doctis  
 Invigilas Musis, & amaniorum  
 Oblectamine Carminum  
 Deducis acutum strenua, hunc diem  
 Fallens, & modo noctem  
 Pracipitans insomnis: ut hoc utrumq;  
 Ex te audire lubens velim!  
 Nè linque, amabo te, studij ratum  
 Istiuscè tenorem;  
 Neù patere incepis aliquid, quod obfiet  
 Forsan, cursibus inyci:  
 Velut ruentes sponse sua obviam  
 In laudem arcta Ingales

V iiiij

Frena

Digitized by Google

314. HORTI AMORIS.  
Frena retrorsum urgente rapidoq; vecto  
Das sufflamina curras.  
Natura præstans, arte valentior,  
Te præclarior auxit,  
Dotibus excellensibus, ac Minerva  
Concertare dedit cœta.  
Huc tu Palestræ iam valediceres?  
Non, non sic eris. ultra  
Quin iubeat pergere, progrederi,  
Quam longè potes. Artium  
Campus renatarum usq; amat excelsi.  
Te vero deces ANNA,  
Tam celebri quod nomen adept a fama es  
Semper reddere clarius,  
Nam quo Puerilla es nobilior domi,  
Hoc illustrior, atq;  
Splendidior virtus tua post cluebit.

Ad Nicoleam, & Loidem viennæas  
CL. Ant. Baronis Clerqvantij  
Filias.

Musis amica, caraq; Gratij;  
Bine sorores pectora germinans  
Stirps Vienæa propago,  
NICOLEA, ô mea, tuq; Lois,  
Sic in Minerva & Pieridum chora  
Teretis avum? sic animum encheis  
Pascetis

Pascetis in Flora viretis,  
 Et veterum Sophiæq; libris?  
 Sic Graia passim cum Latij aquiss  
 Exhaurietis flumina? quam bene  
 Factum, quod in doctis Puellis  
 Malueritis habere nomen,  
 Fruig; fama, quam vel acu levi  
 Pollere tamum, vel radio, aut colu;  
 Tramavæ tele multiformis  
 Pallada Cecropiam amulari!  
 Quid, quad rotundos cogitis in pedes  
 Sonos Lassinos? & calamo duce  
 Quascunq; formas luculentæ  
 Pingitis effigiesq; rerum;  
 Vestri sequuntæ ritæ per omnia  
 Manum magistri, & dia domestici  
 Reperta Boiffardi: neq; ipsas  
 Textilis in bicolore lino  
 Pictura fallit? dic mihi Dadala ô  
 Natura rerum: quis potuit Deus  
 Perfectum ad unquem tot beatiss  
 Artibus imbucere elegantum  
 Pectus Sororum? Quæ Dea tot catis  
 Raram replevit doribus indolem?  
 Quæ pulchritudo, quæ venustas  
 Emicat ex utriusq; vultu!  
 Cui preferamus NICOLEAM De a  
 Cui comparemus LOIDA Numinis?

O dignam Olympi sede maorem,  
Sydereoḡ, comas perennes  
Honore cingi; cuius ab ubere  
Dux̄re nata lactea flumina!

Nimirūm Equestris Clercavant̄  
Haud alias potuisse virtus.

Dicetur olim gignere filias:  
Avita virtus, quā nihil exst̄itit

Maiorum in aeo, nec minorum  
Nobiliusvē celebriusvē,  
Imānum ad amnem Sequanici Dubio.  
Nam vester, ô Nympha, eximius parens,  
Vt ille Mæcenas Etruscis  
Regibus ortus eques, perinde  
Burgundiorum sanguine proditur  
Regum creatus. Quale fuit decus.

Quantumq̄ non solum propaḡ  
Magnifica, generiq̄, vestro,  
Sed Christiani nominis ordini;  
Quæ Clodovæi sponsa in ȳt torum  
Clotildis Heroina, regi  
Francigenū capitalis auctor,  
Gauderet ut Baptismate tingaser  
Sacro, & salubrem Christiadum fidem  
Amplexaretur? Non Beatrix  
Illa ferax quoq̄, Friderico  
Quæ Barbarossa nupsit, ab inclitâ  
Vesunione traxit origines.

E stirpe

E stirpe vestra nata mater  
 Casaribus, Duci busq; claris?  
 Hac cogitando mecum, & in intimas  
 Res intuendo mente sagax;  
 Praconia, & famam, decusq;  
 Mirificè rapio virtus tua  
 Cantare gentis: nec queo percitis  
 Oestro Camenis ora sonans  
 Iubere mussare, & terror sum  
 Proposuit revocare habendas:  
 Sinetis ergò dehinc vel donea  
 Quatenso, vel satie, ab minus apta me  
 Fari, o Sorores, bina, Phæbi  
 Sidera, Castalidumq; ocelli.  
 Quod si parum uni forsitan & alteri  
 Amor sati s sit noster: in hoc tamen  
 Scitote vestri neminem usquam  
 Vivere me studiosorem.

Ad Iohannam Pallantium,  
Acrostichis.

Pallantis è cerebro sata virgo, Tonantis ut illa;  
 A onidum castis virgo sacrata choris.  
 Laurigerà spectans oculos atq; ora Melissi,  
 L iliolum teneat cur sua dextra, rogas?  
 Albarosa in Franco Iuxonia pectore mente,  
 N ix qua candidior nulla, latere notat.

Tecla

Digitized by Google

Tecta quidē est alijs, tiki mēs ad apertā videsurs  
 "In genij clauso vis sita corde patet.  
 "Ac velut extēnis oculis extēna sor istud  
 "Sic oculo cordis cernier intus amat.

### Ad Laviniam Catam Venetiam.

Qui mihi te doctā, LAVINIA, qui mibi pulchra  
 Restulit, & casta moribus esse Lie;  
 Fecit, ut in terti miratus pectoris artes  
 Naturāq; hilares exterioris opes,  
 Carmine te doctō cupere, te carmine pulchro,  
 Carmine te casto concelebrare, CATA.  
 Sed tua, quod casti & docti pulchriq; moratur  
 In terris, superat Iuno, Minerva, Venus.  
 Doctrina Pallas, forma Venus, Hera pudoris.  
 Custodes gaudent ad lassus ē tuum.  
 Tres dores tibi cura, trium tu cura Dearum;  
 Quid potē tres dores vinceret resvē Deas?

### Ad Annam Pallantiam.

Fingere quid Musas, Charitesq; ipsafq; Napeas  
 Suesq; Pierio: urba decata choro?  
 Quidve Deas illas, quar uos pulcherrima forma  
 Munera dos pomis iudicat aurolis?  
 Qut quis es, observa Genium Pallatidos ANNÆ  
 Et tanta numen devenerare Dea.

Omnis

Omnis in hac una virtus, doctrina, decusq;  
 Gratiag<sup>s</sup>, & splendor, formaq<sup>s</sup>, rara latet,  
 Ecquid non? laces? immo ubi vis spectariur aperte  
 Enthea divini pectoris indicia. (quam  
*Ni verem, moriar. Mibi pluris ANNA, & eris,*  
*Musa, Napea, Charis, Iuno, Minerva, Ve-*  
*(nus.)*

## Ad Bectoniam.

Est BECTONIA sicutam hoc beatum:  
 Multis nominibus quidem, sed hac re  
 Primum, nota quod ipsa virgo in illo es.  
 Suni & hoc magis aureo beatis  
 Seclo queis licuit diu fruisci  
 Divino alloquio tuo, & venusto  
 Quò te perpetuò expolis lepore,  
 artes dum sequeris venustiores,  
 Iam mulium Latia perita lingua.  
 Audivit, puto, nemò te loquentem,  
 Quin complexus amore sit libenter  
 Vocem illam placidam, piam, suavem  
 Qua concepiam hominum antè opinionem  
 De te, de studio tuoq<sup>s</sup> vincis.  
 Nec quisquam, scio, te est diu alloquitus,  
 Quia semper fuerit palam coactus  
 Testari ingenuè atq<sup>s</sup> confiteri,  
 Omnis te genere etudiorum  
 Ornatam, quoties Intervicularum, &

Facta est mentio virginum piarum,  
 Quae Musas colerent amaniores.  
 Quarum de numero vel esse primam,  
 Et te te celeberrimam optimarum  
 Possim scribere si quid approbabo.  
 Quare, quod facis, erudita virgo,  
 OBECTONIA pectoris mei pars,  
 In imis animi sedens latebris:  
 O, inquam, te obsecro, te precor, rogoque  
 Quanum te ex anima rogare possum,  
 Nomen sustineas tuum, & quod usque  
 Fecisti, facilem te, amabilemque  
 Praestes, seque putes remuneratam,  
 Illis si placeas, quibus placere  
 Et regnum tibi & est merus triumphus.

## De Glaucia.

Inter formosas, doctas, castasque Puellas  
 O quantum cunctis GLAVCIA visa placet.  
 Arrides pulchris, doctis, castisque frequenter  
 Nulla magis docta est voce movere procos.  
 Nulla benigna magis, nulla est prudenter, omnes  
 Illa domare potest simplicitate feras.  
 Sit licet ex humili, nec claro sanguine nata,  
 A vilis tamen est rusticitate procu.  
 Barbariem patria, genuisque, solique, locisque  
 Omnibus exturbat, si qua, Puella modis.

*Intuitu, labris, yisu, vultu, atq; capillis,  
Sedulitate ioci digna tenere Deos.*

*Si non te recreat, si non tua lumina pascit,  
Orbatum credo iudicio atq; oculis.*

*Nobilis illa quidem sola virtute, sed una  
Et patriam virtus vincit, & una genus.*

**GLAVCIA** divinis nec adhuc cantata Poetis,  
*Laude nec exigua digna puella fuit.*

*A priscis prisca vitam accepere Puella.  
Vatibus, ornavit carmine quisq; suam.*

*Cur non carminibus celebratur GLAVCIA vatū,  
In se plus priscis qua rationis habet? (stro,  
Arbitrio, laude est dignissima GLAVCIA, no-  
Nulla magis vita est, morte q; digna minūs.*

### Ad Divam Lucretiam.

(mirū est,  
Tām bēnē quēd teneas numeros non, **BORGIA**, Stroza  
Ynica scis numeros undē elementa facis.  
Filius.  
Muneris est iubar omne tui, fississq; ciesq;  
Cum libet è magno semina nata Chao.  
Causarū tu causa, in te deprehenditur ipse  
Iuppiter, una creas omnia, & una beas.

Ad Rubellam Puellam ut doctissimam,  
ita integrimam, modisq; omnibus  
pulcherrimam.

Docta novē Musis quondam fuit addita Sappho: Borbo-  
Addita nius.

Addita tu tribus es, quarta, RUBELLA, Chā-  
Señ Gracē loqueris, señ virginē ore Latinē: (ris.)

Vox sua non hominem, vox sonat ista Deam:  
Sic gaudet fandi Dea Pūho in pectore, in ore,  
In gremio in labris luxuriare tuis.

Hinc merito in tanta Regīna diceris aula

Prima, & apud Regem gratia rara tua est.  
Quid studiū dicam, & vera pietatis amorem?

Stemmataq? & clara nobile stirpe genus?  
Quid dotes alias isto que in pectore lucent?

Quid memorem forme spēndida dona tua?  
Sed finem hic facio, quia non legis ista libenter:  
Si caneris, non fers: quō magē digna cani es.  
Sis felix mea LVX: vale, & urere perge malorū  
Sacrilegas linguis integratate tua.

### De Rosina Pauli Melissi.

Posthius Ut tenerā genitrix peperit formosā ROSINAM,  
Linteāq, & cunas attulit ipsa Venus.  
Et roseas mirata genas, mirata figuram,  
Indictum rara nobile mentis, ait:  
Edita felici radianibus athere flammis,  
Salve, & perpetuum bella Puella, vale.  
Matris amor, mea cura, tui nova gloria sacrī,  
Digna ab odoratis nōmen habere rosis.  
Labra quibus certant tua formosissima, quas in  
Oris odore refers, purpureisq, genis.

Hoc

Hoc decus egregij tibi conciliabit Amorem  
 Vatis, ages vernalis quam tua vita dies.  
 Ille tuas digno celebrabis carmine landes,  
 Ille tibi aeterni nominis auctor erit.  
 Haec tenus: & teneris figens iocata labellis  
 Oculi, diuinum liquit in ore decus.

Evenere Dea prasagia Leta, Poetam  
 Te facibus torret Paule, ROSINA suis.

Hac facit ingenii tibi, carminaq; aurea doctat,  
 Qua niveus dulci Nectar tingit Amor.  
 Vive diu tali vase dignissime flamme,  
 Vive diu tali digna Puella-vira.  
 Vestier Amor vivet dum carmina docta legentur,  
 Dum Rhodanus liquidas in mare volvet a.

(quas.

### Ad Hyeronimam.

Quod mirè incedas floris spectanda capillis, Petrella.

Quod nuncus laet sit tibi frontis honor,

Et quod par nitidis oculis pulcherrimas astris

Fulgeat, unde acer spicula torquet Amor;

At q; ebur alba manus, collaq; & pectora vincat,

Inficiat niveas purpura grazia genas.

Adde patre & proavos Reges, atq; adde parete,

Que meruit terris ut Dea magna colis:

Omnia non tamèn hac sunt laudù summae tuarù,

Non ideò sonidum se caris ipse chorass:

At tu quod rerum causas divina latentes

Mens aperit Gray's invidiosa virtus;  
 Emulaq; Vranie Carl's ingentia meatus  
     Prospicis, & quisquid sidera quaquam ferant;  
 Moribus & veteres castis Heroidas aquas,  
     Et Pylius roseo manas ab ore lepor.  
 Hic cunctis celebranda venis HYERONIMA, & hic  
     Quam mulier, possums crederis esse Dea. (in-

Paganis.

Dicimus Astrologos sacros, sacrosq; Poetas;  
     Hoc nomen res hac utraq; sacra tenet.  
 Si tu igitur quod sine fixa, aut errantia noscis  
     Sydera, & es studijs dedita Pieridum:  
 Canicularum maser rerum præsaga fuisse  
     Iure tibi sacrum nomen habere dedit.  
 Hoc est quod magici quondam cecinere Poeta,  
     Cum rebus quadrant nomina sapè suis.

Quare-  
gus.

Quò me præcipitem Phœbe rapis sui  
     Plenum? quid stimulis pectora fervidis  
 Vrges indomitas? torreor Edonis  
     Qualis Bistonidum ingis  
 Fervesciu nimio concita Libero.  
     Et iam sydereos ocyer alite  
 Ensensus scopulos, tollor in ardus  
     Velox Pieridum nemus.  
 Blando hic de siliens murmure, Castalis  
     Percurrisq; vixreis arva liquoribus;  
 Clivosaq; cadens iramis, amabilis;

Suades

Suadet condere somnulos.

Iam me non salitis tempora frondibus

In cinxisse tuvat: Porridge barbiton

Lesboum: incipiamus tollere lantibus

Te mox inclyta Principum

Proles, Parthenopes filia deuiles:

At non quod pro avum stemmate mobilis

Sis dicam, aut Tyria munere purpure

Orio pulchrior Hespero.

Nam quid te veteris gloria nomint

Quod vel serus Iber caniter & ultimus

Maior: quod pelagi lidus atlanticus,

Et diues referat Tagus:

Quid magna innumeris iugera te locis

Nunc protenta iuvent: araq; compede

Vincta? aut sydereos Sole micantia

Clari lumina verticis?

Hoc quondam getidis nubibus Africus

Involvens, rapido flamine perferet

Immissa aquoreis fluebibus, omnia

Tollerat, aura volubilis:

Tu freta eximijs viribus ingeni

Insurgis volucris, ceu Iovis armiger

Ales, Dardanijs qui puerum iugis

Rapuum duxit ad aethera.

Hinc sedes Superum vecta volans super,

Stellantisq; poli limen olympicum,

Despectas vario quam Vranie mouet

*In gyrum ordine sidera.  
Et nunc eurystabile lumine Parrhasis,  
Nolit se pelago tingere; nunc quibus  
Tellus pandens mixa, recumbere  
Poscit, de spicis ardua.*

*Nunc sumens citharam, carmine Sapphico  
Insignis, patrius qua freta personans  
Sebebas repetet, sistere vorticem  
Canit praecepit doces.*

*Qualem Tanaxys, fanticibus Orpheo  
Desleuissé ferunt funera coniugis;  
Cum movit facilis corda Proserpina,  
Immicesq; Erebi Deos.*

*Non hac flebilibus condere Nenys  
Tentabit tacito seu ruens pede  
Mors: non æbalio marmore desuper  
Causam gens referet necis.*

\* \* \*

Corui-  
nus.

*Inmenso veluti volucentia sidera cælo  
Purpureus rutilo vulnus longè exuperat Sol,  
Adventuq; suo victor premit omnia, toti  
Infundens orbi radios, & rebus honorem:  
Haud aliter pura virtutum in luce refulges,  
At q; alias meritis omnes Heroidas ante-is,  
Obscuras umbra involvens, ipsamq; retexens  
Te solā: ô stirpis decus, & lux alma COLUMNA  
Ascanij sanguis: nām quis tibi stemmati avito,  
Certer? quis vè cheri tantò tibi coniuge certer?*

Ans

Ans non mortali forma, & decoro eris honesti.  
 Sed neq; te generis tantum sinceraq; forma  
 Gloria sublimen evexit; pulcherrima quantum  
 Illustri veniens certatim in corpore virtus.  
 Ve cum ver lato viridantii gramine campos  
 Vestit; at q; hyemem sub terras condidit astas;  
 Omnia tunc rideni, junc formosissima tellus,  
 Ipse imas inter valles, aut vertice ab alto  
 Agricola obrutu sifit defixus, & ipsos  
 Miratur pictos plus mille coloribus agros.  
 Sic nos virtutum radientem mille figuris  
 Miramur tantum, tacitiq; exempla tuemur;  
 Nec quisquam potis est meritas exponere laudes.  
 Quid refera? ut studiis generosis excita mete  
 Ardeat, & rerum semper sublimia verset;  
 Virq; eadem invigilans dectorum carmina vatuum  
 (Carmina perpetuam populis prudentia lucet)  
 Diligat, & dulces, Musarum munera, cantus,  
 Multarum resonos gratio discrimine ridentum.  
 Aut ut cœlicolum stellis flammatis regna  
 Ingressa Heroina animis (undè hancimus oratum)  
 Miretur, cupiatq; abstrusas noscere causas  
 Unde polo hiberni properato tramite Solcs  
 Præcipit; vel cù brevibus mora noctibus obster.  
 Nulla, altè astris Phœbus dum permeat ignes:  
 Quid vario dum se cursu sepiena receptane  
 Astra, agitent hominū passi subiecta per arva:  
 Quid Phœbi inflexus sereno corpore gyrus:

X ij Semina

Digitized by Google

Semita quid medio se fundens lactea Olympo:  
 Pleiades, Hyades, auroq; armatus Orion: (bes.  
 Quidvè alia igniferos meditetur sparsi per or-  
 Hec amas, hac illi infedit generosa voluptas.  
 At vos, ô Musæ faciles, mea cura favete,  
 Ferte rosas plenis calathis, & lilia cana,  
 Spargite humum violis, vestra iā spargite amati:  
 Omnes ante alias bac est dignissima amari,  
 Vos etiam blanda Charites, quia numine vestro  
 Tot pulchras illi daret, superumq; decorero  
 Sufficiisse iurat, vestrum defendite porro;  
 Indignamq; malis prohibere, ut tempora lucis  
 Plurima disnumerans semper gratissima surgat;  
 Eternumq; suis nomen, gentiq; futura  
 Virtutum aeternū specimen pulcherrima liquat.

## De Himera.

Franchi- Sive sedet, sive incedit, seu fatur HIMERA  
 nus. Quiquid agit Veneres secum habet & Cha-  
 sed cū das tremulos latanti pectore risus, (rites.  
 Rides & alma Charis, ridet & alma Venus.

## De Artemi Puella Mediolanensi.

Tosca- ARTEMIS ubereas vix dñ prolata sub auras,  
 RH. Purpureo ridens bauserat ore diem,  
 Numisna cum partem studuerunt cuncta recente  
 Cœta.

*Certainim proprijs accumulare bonis.  
Principiò triplex se promiscere Sorores  
Ducturas facili stamina longa manu.  
Divitias, generisq; decus max Regia Inno.  
Pollicita est, faustas coniugiq; faces.  
Risit; & infantem teneri complexa lacertis  
Dixit, eris forma par mihi sola, Venus.  
Gratia divinos oculis afflavit horores,  
Tinctaq; Nectarco verba deponit dedit.  
Conculit ingenij cœlestis musica Pallas;  
In partem ascivit turba novena chari.  
Cuncta sibi precepit videns aunc Delia, dixit,  
Cum dare non possum cetera, nomen habe.*

## De Fastia.

*Splendor, forma, decor, facundia, gratia, virtus, Theseus  
His una est cunctis FASTIA nominibus.*

## Ad Camillam Morellam.

*O nec paterni degener ingenio  
Et matre docta, filia doctior,  
Si Camilli aera proles,  
Veraq; filis Dolonia ex,  
Divina sed via mentis, & sapientis,  
Divinus aries impetus ad horas,  
Kymenibus se suspicatur.*

Auratus.

Mnemo fines Iovis & Puellam  
 Non tu, Puella cem reliqua, quibus  
 Mortalis ortus, parva pueriam  
 Inter colos, lanaq; viles  
 Inter acus neg; transysti.  
 Sed nec Camilla more sibi dedit  
 Quae nomen, aleis in sybus feras  
 Sectans, Puellarem exuisti.  
 Turpiter ambitiosa fessum.  
 Paternos inter sedula sed libros  
 Materna versans inter & optima  
 Precepta, dum tractas viriles  
 (Facta vir es, volat Iphis) artes.  
 Nec iam Camillam, dicere sed mihi  
 Te fas Camillum, non patrio solo  
 Qui reppulit Gallos, sed illum  
 Qui derus in patriam reduceat.

### De Camilla Morelli.

Bellaius Patris delicias sui CAMILLAM,  
 Quam finxit manibus suis Dione,  
 Quam sive Charites suo educarunt;  
 Auget quam numerum novem Sororum:  
 Amat plus oculis suis Morellus,  
 Sen quid plus oculis potest amari.  
 Morello similes suo CAMILLA  
 Sit est, tam simile hand fiz ovem ut ovo.

Illustr.

Illam moribus imbuuit pudicis  
 Mater, sicq; suam excollit CAMILLAM,  
 Vi florem tenerum excolnus Puella.  
 Sic ludit Latij modis CAMILLA,  
 CAMILLA ut Latij pures alumnam.  
 Sic Graec; loquitur CAMILLA iures  
 Vi ipsas minus Atticas Athenas.  
 Hebreas quoq; litteras CAMILLA,  
 Tam pingit bene, quam suas Lasini.  
 Sic versus patrios facit CAMILLA,  
 Ronsardus queat invidere ut ipse.  
 Sic canit fidibus CAMILLA, ut ipse  
 CAMILLE queat invidere Phœbus.  
 Et vix (quod stupeas) videt CAMILLA,  
 Videt vix decimam CAMILLA messem.



## VII.

# DE PVDICITIA, ET CASTITATE VIRGINVM.

De Cælia & Amore.

Lassus cursu, & querens requiescere, pulchra  
 Virginis in gremium candidus ibat Amor. Angeli-  
anus.

Illa

Illa excandefit, tāquam Notus imbris aēsus.  
 Tanquam in vesano nigra procella mari.  
 Excudit hūc totis manibus, proclamat, & obstat;  
 Pollueret castos nē sibi flamma sinus.  
 Cur ita trudor? ait Deus; admiratur at illa  
 Illa inquit, non sum CÆLIA nostra tibi?  
 Ut pede qui pressit colubrum, post horret, abiit q:  
 Sic miser audito hoc nomine fugit Amor.  
 Et fugiens dixit, fugienti parce, parentem  
 Credideram, non te su mihi u. fa parens.

### De Stella Puella.

Vulteuus Sint licet in digitis gemmae quas India misit,  
 Clarius es gemmis lucida STELLA tuis.  
 Hoc fulvi crines faciunt, hoc candida forma,  
 Hoc faciunt mores, STELLA pudica, tuis.

### De Lepidina virginē formosissima.

Posthius Hęc ego cum curis vacuis gravieribus effigie,  
 Imparibus lufi, candida Virgo, madis.  
 " Sed tanimmo lufi, pereant qui turpis quæcumq:  
 " Namq: est virgineus, res mihi sancta, pudor.

### Ad Mariam Viciennam,

Meli filius MARILLA, delicatus

Virgum

*Virguncularum Ocellule,  
Quas nobiles Mesensium  
Masculinarum Zonula  
Luminis aureolas in auras*

*Tulere; crescit iugitor,  
Præsq; succipit plenum  
Vigenq; fer corpusculum;  
Cuiusmodi hac asatula  
Candidulas vegetat Puellas?*

*Pulchella cœn surgit recens  
Myrcus renellis ramulis,  
Comisq; odora crispulis;  
Adflat a leni ventulo  
Roscidulisq; rigata lymphis:*

*Sic tu MARILLA, floscule  
Puellarum, te ex seris  
Erectulis cincinnulis,  
Demulsa veris habitu, &  
Fonticuli Charitum scatentis*

*Perfusa rore limpido.  
Tui micans ocelluli,  
Ut nocti tuta stellula.  
Tibi labella purpurea  
Annula flammeolis corallis.*

*Perla vigata marmora,  
Eburaq; candidissimum  
Manus tua purissima  
Vincunt manus, inquam, tua*

*Lacteolo nivea decore.  
Merum insuper decentium  
Politula elegans,  
Et blandicella suavitas,  
Venustioribus polis  
Cedere nec scier ins Deabus.*

*Ante omnia est quod me atticit  
Loquella, liquidissimo  
Dulcissimoq; Nectare  
Omniq; melle dulcior,  
Athides Ambrosij quod olim  
Ex herbulis apicula  
Legere. Delibutus his  
Tibi est palatus gustulis,  
His delibata gustura,  
Liquaq; & ipsa labella bella.*

*Quod si ipsa tu uno & unico  
Me suavissere suavio,  
Aut oscularis osculo,  
Aut basies me basio,  
Et jungi cupiat pectora nostra suis.

Prag; meis lacrymis totidem succende favillas,

Omnia

Digitized by Google

Omenia sunt illi cognita nostra mala.

Quem fugit, cupiat: quem non est passa invare,  
Nunc amet, uratur sic magis ingens dies.

VINCTA faves iamque & placidis arrisit ocellis,  
Auricolamque dedit, LUX mea, basiolum.

Basiolum, nigra quo me revocavit abunda,  
Atque animam fessis reddidit articulis:

Quo sine, non Arabum sybene, non thura Sabae,  
Ambrosia spiret, nec sine, mollis odor.

At tibi, servati tanto pro munere Vatis,  
Sudabunt tepidis thurea dona focis.

Et tibi cantabit laudes mea ribia: per te

CINNAMA dara prius, CINNAMA factabo.  
(na est.)

### De Scipio & Cælia.

Angeli-  
anus

Sum cinis in gelidis tumulis, sum virvus amator:

Sum mestus, lator: sum sine voce, loquor:

Et locuples, & pauper amo: spe nutritur, expes:

Et mando chartis carmina, mando nobis:

Terra mihi colitur, sumidis & mergor in undis:

Sum saturo & farso ventre, premorque fame:

Haario fontis aquæ, & anhelis faucibus hæres:

Secca sitis video, lumine cassus, iter:

Hic moror, atque etiam hic propero: miser audio, sur-

Auribus: inclinor carcere, liber eo. (diss)

Ora madent lacrimis, & rident ora: profundos

Cordacient genitus, corda perusit Amor.

Torquor

*Torqueor infelix ex omni parte; sed una,  
Vna mihi semper, semper iniqua mihi.*

### De sua poena immutabili.

- Dic ubi Thebarum porta, Babylonis & alta „  
Mænia, Romana dic ubi sceptra togæ? „  
Herba tegit Troiā, Graias tegit herba Mycenæs, „  
Nec credis, montes hic, ubi campus, erant. „  
Quod secat Europā & Lybiā mare, vomer ara- „  
Nexaq; cum Bruijs Trinaëris ora fuit. (bat „  
Eccè hominum steterant ubi quōdāecta, ferarū „  
Nunc lustra urticis ob sita, cerne, iacent.. „  
Quot maria atq; lacus tellus absorpsit? & ipsa „  
Quot titulos tellus: quot laceravit opes? „  
Aut eritur digitis aurum dum fertur: & unda „  
Saxa cavant, mutant flumina curva vias. „  
Inscribunt Pario Reges sua nomina saxo, „  
Nomina cum saxis sunt peritura suis. „  
Omnia sub magno tandem vertuntur Olymbo: „  
At mea in aeterno pœna dolore manet.*

### De suo Amore.

- Iactor, dispereo, crucior, trahor huc miser, atq; Marul-  
Ipse ego iā quis sim nescio, nec vè ubi sim. (huc lus.  
Tot simul insidijs premor undiq;: prob dolor! in  
Savitiae Cypris das documenta sua! (me*

B b

Savitiae

Sævitia documenta sue dat : ego hanc tamē unā  
 Depereo, ut q̄ nocet, sic libet usq̄ sequi.  
 Qua si quis miserum solam me liberet horam,  
 Hic mihi sit Phæbo doctior & melior.

### Ad Rosinam.

Melissus. Indita natura servant res semina rerum,  
 Vim q̄ sibi propriam queq; creatu tenent:  
 Sic tamen, ut succis ne deſtituantur optimis,  
 Nevè alimentare rei quis genuina neget.  
 Fons ſinè venarum ſcatebris citò torridus aret,  
 Et ſinè fomento languida flamma perit.  
 Vndē mea flamma vigor? undē fletibus humor?  
 Triftis ocellorum pupula delicuit,  
 Tot lacrymis effleta meis: & pulveris instar  
 Annis exustum quinq; decemq; Cor eſt.  
 Perpetuò tamen (ah! quei fit ROSA candida?)  
 Ex corde hoc ignes, ex oculis lacrymae. (manat)

### Nuntium de morte ſuæ CLINIE.

Vulteius Curis omnibus, omnibusq; morbis  
 Dilectam audio CLINIAM ſolutam  
 Charam, inquam, audio moriuam Puellam.  
 A me omen removete Di ſinistrum,  
 Erret talia quiſq; nuntiavit;  
 Nobis ſinè invida ſuſtulere fata

CLINIAM

CLINIAM , nec adhuc tribus peractis  
 Lustris? non puto tam Deos iniquos.  
 Illam scilicet abstuleré fata  
 Nobis tam properè? abstuleré certum est.  
 Ne quicquam dabites? mihi ille. Cato  
 Alto iam fruiur, Deoq; vivit.  
 Ergò spes mea vana? desistens  
 Ergò delitos meis? puella  
 Ergò qua fuerat dicata nobis,  
 Excessit? puto iam Deos iniquos,  
 Re ipsi sensio, & hos nimis severos.  
 Tsne muneribus, mali beastis  
 Di connubia nostra? dote nunquid  
 Ista CLINIA digna erat? maritas  
 Tadas iamq; Hymenae, tolle, tolle.  
 Ite o vos procùl, o faces ingales,  
 Sunt sponsalia sunt diremptra falso  
 Injusto heu! mihi, CLINIÆ q;. nam illa  
 Ingressa in thalamum puella nondum,  
 Deducta in tumulum fuit, mea spe  
 Falsus, nunc ego langueo, maligno.  
 Hoc facto quoq; CLINIÆ fuistis.  
 Sed cum nùl lachryma valere possunt,  
 Reviviscere nec queat querelis;  
 Id saltem date, ut irma nos amantes,  
 Nunc nunc nos habeat duos amantes.  
 Nam post funera CLINIÆ, vel unum  
 Diem vivere non queo: atq; ab eius

B b ij

Vita

Vita vulnera quicquid ipse ducam,  
 Vita hac non erit; ast erit dolor, qui  
 Me nec vivere, nec sinet perire.  
 Vita gaudia nec beatioris  
 Vnquam sensiet illa, se Deam nec  
 Credet: addita sit licet Deabus:  
 Donec me videat simul beatum  
 Factum, meq; choro additum Dorum.

Cliniâ mortuâ, optat mori.

Heu! quis me miserum obruet Poetam  
 Salsis fluctibus? & gravi dolori  
 Quo absumor statuet modum? procellis  
 Quis me tristibus implicabit? aut me  
 Saxi ex vertice maximi rotabit?  
 Me quis precipitem dabit? meum quis  
 Prompta confodiet caput sagitta?  
 Quis tinget gladium meo crnore?  
 Vita quis mihi denegabit usum?  
 Memine fulmine Iuppiter corusco,  
 Me Neptune Pater maris Tridente,  
 Geso in frustâ feces tuo Minerva,  
 Flammis Mulciber anguis cremasdos  
 Artus exhibeas meos, cadaver  
 Corvis, vulneribusq; devorandum,  
 Et totum canibus, lupisq; detur.  
 Vel me dentibus obterant leones.

Quid

Quid clamem? superi Dei, Deaq.  
 Subterranea regna vel tenentes,  
 Virum absumite me, meisq; pœnis  
 Finem imponite, & asperos labores  
 Mortis terminet hora scripta, nec me  
 Exanguem videant mei penates,  
 Nec quos in patria domo reliqui.  
 Namq; ut vivere mihi fuit beatum,  
 Donec CLINIA, vixit, hac molesum est  
 Sic me vivere mortua & humata:  
 Quam solam poteram meam vocare,  
 Sola & qua poterat suum vocare.  
 Que plus me coluit Parente utroq;  
 Et quam plus colui Parente utroq;  
 Quare vos agite, ô Dei, Deaq.  
 Omnes, reddite me mea puella.  
 Vi possum obsecro, terra nunc debiscat  
 Confecto lacrymis mihi, & misello  
 Par cœstamina preparate amanti.  
 Mors vita potior mihi, lucrumq; est:  
 Nam vitam pariet beatiorem,  
 Mensem à carcere qui vocabit isto.

### Ad Amicam Sphæricam.

Fervida vos gelidum suspiria pectus inita,  
 Franque Spharicum, cela inimica, gelu.      Moni-  
 Ing; polo humanis precibus si quis locus existat,  
 B b iij      Mors      nus.

Mors cito, vel merces summa mali.

Harmosyne.

Gruterus Mortuus a cunctis si verè sis creditur, agro  
 In cuius superest corpore nulla anima:  
 Mortuus, en, ego sum. nā spatio hoc corpore, fugit  
 A me anima; it q̄ coemes assiduo HARMOSYNE.  
 Sed qui, si vixi, non singula membra faciscum?  
 Conduntur q̄, pueri putida prorsus humo?  
 Sed qui, si vixi veteris violentia flamme  
 Exanimes misis adhuc sevit in articulos?  
 Ah, ah! ista horribilum exuperat miracula capiū,  
 Sic quoq̄, sic oculis faxea flet Niobe.

De LYDIÆ lacrymis.

Fórcati- Invitis lacrymas fallax expressit ocellis  
 sus. LYDIA, dum Lafo fadere valde queror.  
 Ora ego perspicuis, dum tingi candida gemmis  
 Aspexi, lacrymas miseri & ipse meas.  
 Quot guttas visa, est totidem fusisse favilla s  
 Queis magis accendor quā Vesuuinus apex?  
 Heu! quam am misero requies servatur amanii,  
 Si fluit ex tenui maximus ignis aqua?

Quamvis LIVIA indies crudelior fiat; eam  
 tamen sc̄ nunquam deserturam  
 pollicetur.

Andeli- O penitus nostris facies infixa medallis!  
 pus.

O desi-

O desiderij maxima cura meis!  
 Cur finis ut tanto feriam mea pectora planctu?  
 Mestaq; continuis fletibus ora rigem?  
 Hos ego si toties fudissim ad marmora fluctus,  
 Mora forent lacrymis marmora dura meis.  
 Vota, preces, tormensa, dolor, suspiria, questus,  
 Et data sunt celeri verba ferenda Noso.  
 Ferrea montano circundata viscera saxo  
 Et rigida fulsum Gorgone pectus habes.  
 Immisi rabidae possunt tibi cedere Tygres,  
 Ortaq; sylvestri torua Leana iugo.  
 Visibus assiduis longum terit omnia tempus,  
 At tua flat nullo molliter aura die.  
 Excute iam duro clausas sub pectore cautes,  
 Et non humana rusticâ corda fera.  
 Ut perijt primus tauri fabricator aheni  
 Sic fera suppicio digna puella suo est.  
 Mollia conveniunt tenera precordia forma,  
 Nec tumidus roseo fasitus in ore decet.  
 Qualibet ingenua pietas in corpore regnat,  
 Savities diris convenit ipsa feris.  
 Displacet & nulla placabilis arte Puelle:  
 Mitia cum facilis pectora mente placent.  
 Iasis abyctur surda truculentior unda,  
 Landatur cupido blanda Lacœna pari.  
 Ipsa dedit tenera specimen Natura Puelle  
 Nè de sit numeris illa vel illa suis.  
 Ei si nostra cavo contusa est marmore lymphha,

Hac

*Hec erit obsequij sua vita dicata tuis.*

*" Rebus in angustis verus spectatur amator,*

*" Certus amor nulla sorte perire potest.*

*Sic docet in Danaum iuvenis Phoceus Orestem,*

*Et rea quos Phrygij sanguinis hasta tulit.*

*Sic fera quos Siculi religarunt claustra tyranni,*

*Et qui fraterna morte redemptus obit.*

*Sed manet imprudens duri spectator amoris*

*Non facit ad eadem finis honesta virum.*

*Ille licet Crœsus miserio fit vilius Iro,*

*Sentit & eternam fama sinistra notam.*

*Si saperem crudas odissim iure puellas,*

*Spernere que vellent tela, coactus amo.*

*Displices, & sumpta est agro medicina iacentia*

*Gaudet ab invisa postmodò liber ope.*

*" Tensa sed anticipi quamvis sint carbaea vento*

*" Desulit in rutos sapè procella sinus.*

### Amantes esse miserios.

Totanus  
*" Sol hyemes, Sol aestates moderatur, & idem*

*" Tempus agit noctis, tempora lucis agit.*

*" Talis Amor: rixas idem, pacemq; procurat:*

*" Idem letitiam, tristitiamq; movet.*

*" Sol aestus, Sol & glaciem, tenebrasq;, diemq;*

*" Diverso tamèn hac tempore cuncta facit.*

*" Ast turbas, requiemq; simul, lacrymasq;, iocumq;*

*" Misericordia amor, nullo tempore ferta gerens.*

*Semper*

*Semper enim variat dubius, semperq; vacillat, „  
Quàm miser est omni tēpore quisquis amat. „*

**Fluxa Veneris præmia,  
Pœna diuturna.**

*Frigida cum tacito, mea CIRCIA, fabuit igni,  
Et solvit castos flamma inimicafimus: Scaliger  
O quàm rara fuit, sed quàm citò rapta voluptas!  
Quàm cito de lenta nox mihi luce venit!  
Si peritura brevi fuerant ea munera: quid me  
Perpetua aeterno fulmine flamma rapit.  
Pater.*

**E perpetuo incendio omnia  
ustum inibi.**

*Sicut animus tenues mihi dilabetur in auras;  
Scù levis in fernos oderit umbra Deos:  
Ille locus, locus ille meo torrebitur æstu:  
Nec poterunt ratis ferre elementa vices.  
Trudite me liquidi subter vaga flamina Ponti:  
Vnde dat Oceanus humida iura vadis.  
Mutabit rapidis liquefiantia marmora flammis:  
Inq; patenti ingens aquore nullus erit.  
Ah! cum tanta miser iactes incendia: monstri  
Secura, atq; expers una Puella tua est.*

**Miser**

Miser annus, si ut mihi, ita eius Ver  
hyems fiat.

*Quid tibi cum syluis, & primi floribus anni?  
Ver media ex oculis turgent in urbe tuis.*

*Ver alijs mihi tristis hyems: miser, ah miser an.  
Si cogare pari conditione frui.* (nus!)

### THAUMANTIA pietate interire.

*Morte ferre videns oculis THAUMANTIA diris:  
Hoc credo, nostras tum miserata neces:  
Averrit: parsq; avidis exurere flammis:  
Lethifero ergo subit Mors sociata gelo,  
Quae fugiam mala, si pietas mitissima diri  
Affera interitus fata cruenta mibi.*

### Dec Ida sua.

Douza  
Pater.

*Si quis eris, qui flere viro negat esse decorum,  
Patronum cause non aget ille meo.  
Et tamen hoc ita sit: tantum moderatus urar,  
Ut male quem laesit, iam bene sanet Amor.  
Sicut Achilleo quondam (quid norim?) hosti  
Vna manus pariter vulnus operiq; tulit.  
Nunc male cum ladar tantum, nec faver Amori,  
Quid superest, praeter flere perennè, mibi?  
Quod superest, facio, luctuq; absumor inan.*

Non

*Non alia ardori fit medicina meo.*

*At q̄ utinam liquidum totus dissolvar in imbrē*

*Ipsaq̄, iam nostris saxa cavenrur aquis.*

*Et iuvat, & certè lacrymis exp̄lentur amores,* „

*Densaq̄, lascivas temperat unda faces.* „

*Ah! quocies imbrēs per amantia lumina fusos*

*Ore resorbillans deficiente bibi!*

*Scilicet ut iecori manquam non esset adusflo,*

*Quæ posset tantas unda levare faces.*

*At quondam lacrymas deliria rebar amantum:*

*Quodq̄, altis fletus, hoc mihi risus erat.*

*Non tulit à nobis spernī sua iura Dione,*

*Et lenitè, Flebis tu quoq̄, Flebis, ait:*

*Flemus, & hoc felix mihi s.t. faustūq̄ precamur:*

*Et frat lacrymis misor IDA meis.*

*Quid precor? At fletis mollescere posset ab un-*

*Qua solida fulsum cor adamante gerit? (dis*

*Æs foret, aut ibi robur sub pectori vellem:*

*Cessisset flamma vis ueriusq̄ mea.*

*Cessisset nostro thibulum genus omne furori,*

*Nec salso roties imbre fuisset opus.*

*Hei mihi! quod nullis adamas liquefias in undis:*

*Hei mihi! quod nullam ducat ab igne notam.*

*Si tamē est aliquid, adamas cui cedat: & IDA*

*Quid uetas huic etiam cedere posse meam?*

*Sic ego: sic fanti motis Amor assistit alias:*

*At q̄, ita, Quid flendo lumina perdis, ait.*

*Nil opus est lacrymis: opus est tibi sanguine tatu,*

*Frangere*

*Frangere qui nullum non adamanta valet.*

*Frangeret & hic id am, modò sis nec parcus in illo:*

*Nec foris inquiras stulte, quod intus habes:*

*Ergonec tam parvi poterit reus esse cruxoris,*

*Et titulam nostra clavis habebit Amor?*

*Ah! prius invisi mecum pereatis Amores,*

*Sanguine quam madeat ulla Puella meo.*

*Non adamans tanti est, non ida tenacior illo:*

*Et tamèn hæc tanti, si velis, esse potest.*

*Esse potest tanti, veniat modo sanguine fuso*

*Mollior, & famulum me vocet ida suum.*

*Quid nō cogit Amor? iā sub iuga missor amica,*

*Et tibi libertas dico paterna, vale.*

*Scilicet est aliquid placide moderamina forma,*

*Vinclaḡ sub Domina posse favente pati.*

*Hoc mihi contingat: sic vel sine sanguine virvā,*

*Foris ab afflato nocte, dieq̄ t̄q̄.*

*Iam minium certè nostro de sanguine restat.*

*Hoc quoq̄, quod restat, servus adusserit Amor.*

*Quicquid id est, tamē om̄ne iūo das Ianus Amo*

*An quicquā est votis quod neget ille tuis? (ri.*

*Tu contenta meo iam sanguine parce, nec ultra*

*In me adamant eo pectore bella move.*

*Aut tibi si penitus adamati insistere certū est,*

*Et lapidi mores assimulare tuos,*

*Exprime virtutes potius, quas cernis in illo:*

*Es mea da posito corda vacare metu.*

*Irrita fac rabidi deliramenta furoris,*

*Quaq̄*

*Quaq̄ oculis traxi mille venena tuis.*

*Tūc tibi cor pluma, Calabria tunc vellere lana,  
Tunc animo credam mollius esse meo.*

### Ad Suspiria & Lachrymas.

*O prasaga mei semper suspiria luctus,  
O gemitus, masti flebile cordis opus!*

Lotichi-  
us.

*Quid toties ager de pectora spiritus imo  
Surgit, & inviti sapè madent oculi?*

*Cura nec optatos sinit anceps ducere somnos,  
Omnia dum media lassa quiete iacent?*

*Non mihi iā veteres (semel insanivimus) ignes  
Versat in accensis ossibus acer Amor.*

*Quid tamēn est prasaga malū quod pectora mæ-  
Quod gemo, quod causa sapè lacrēs fleo? (rēs?*

*Tristia venturos cognosco per omnia vulsus:  
O Anime, infelix non potes esse diu.*

*Nil prater lachrymas hac, & suspiria vita est, , ,  
Qua si sine bono clauditur acta, sat est. , ,*

### Lachrymæ.

*Ergò tam properè, ergò tam repente,  
Æstare in media tua inventa;*

Ciottus.

*Dum fructus uteri feracis, & dum  
Partus munia lata præstolamur*

*Abis DELIA? Phæbe abis, relinquens*

Turpes

Turpes in lacrymas, & urbem, & orbem?  
 Illa ergò rutila astra, sydera ergò  
 Illa gemmea, quæ niscentem, & urbi  
 Atq; orbi explicuere ubiq; Solem,  
 Et diem radijs tulere puris,  
 Nox atra occupat, & voracis Orci  
 Lethæus sopor, & tenebra inertes?  
 Ehen Persephone impia, impia eheu!  
 Quivisti aurea licia, aureum illud  
 Vellus exoluisse? flete Amores  
 Quotquot estis amarè: adeste passis  
 Crinibus Paphiaq; Gratiæq;  
 Florent munditia, gemas Venustas  
 Exculti degus oris, Ingenui q;  
 Rari delicias, & elegantem  
 Majestatem animi serenioris.  
 A' desideria irrita, o fugaces  
 Spes mortalium; ocelli ubi illi, Amor quæcis  
 Sagittas iacere improbus solebat?  
 Queis ridens face Verticordis edaci  
 Vrebatur miserorum ubiq; corda?  
 Hic buslum, hic lacrymis rigate marmor  
 Formosa Drijades: ferant Napæa  
 Costum & Balsamæ: vernet hinc & inde  
 Ajax, & rosa, Regiæq; flores,  
 Veris perpetui perenne munus.  
 Pro Parcas nimium licentiosas.

Longè fugit, qui se fugit.

*Quo mihi vitigeni colles spectantur, & berba,* Modius.

*Aus Mæni vitrea tenè fluentis aquæ?*

*Quo fontes, sylva, saltus; & amana vireta?*

*Non faciunt nostris illa vel illa malis.*

*Hei mihi! quid prodest Dominā fugisse superbā,*

*Si Dominā huic etiam me comitatur Amor?*

*Ille mihi media luce est dolor, ille tenebris*

*Vsḡ novis miserum ludit imaginibus.*

*Sic cui membra calor tacito de pascitur igni,*

*Semper sunt latices somnia, semper aquæ.*

### Ad Cupidinem.

*Cur cinere aspergunt frontem: post fata reverti,* Paschali.

*Ecquid & in cineres, nos meminisse iubent?* us.

*Hei mihi! iam toquus virus consumor, & igne* "

*In cineres redigor, sive Cupido, tuo.* "

### De scipso.

*Non procūl a Scylla, non longè ab rupe Charybdis*

*Inclita sunt curæ tradita templa mee:*

*Nos templo curam gerimus, temploq; sacramus,*

*Et damus accensis thura Sabaea focis:*

*Sed mihi qua pascūr tercentū in montibus agna,*

*Abtractæ percunt ore furente canum.*

Dicitus

Dij templo n̄ fertis opem: n̄e vasta Charybdis  
Evincat (vereor) n̄e fera Scylla Deos.



## III.

## AMORES.

Ac Lycorim.

Cotta. Amo, quod fateor, meam LYCORIM,  
Vt pulchras Iuvenes amant Puellas.  
Amas me mea, quod geor, LYCORIS:  
Vt bona Iuvenes amant Puella.  
Huic ego, ut semel hanc videre visus  
Se se ostendere fixiore ocello,  
Quando, inquam, mea LVX, mei laboris  
Das mi premiolum? mei q̄ cordis  
Tot incendia mitigas LYCORI?  
Hic illa erubuit, simulq; risit.  
Ridebat simul, & simul pudebat:  
Dumq; molliculos colens amores  
Colit virginatum simul pudorem,  
Quid ne gem tibi? dixit, & capillum  
Qui pendens levibus vibratur auris,  
Et formosa vagus per ora ludit,  
Hunc secans trepida, implicansq; in auro.  
Hac filia aurea, & aureum capillum

Pignus

Pignus, inquit, habe meum amoris,  
 Meum, ipsum: hoc tuum puer.  
 Tua pignore lenias calorem.  
 Eben! quid facis? bal mihi LYCORI.  
 Hac sunt flammæa texta non capilli:  
 Sunt hac ignea vincla, nō relaxes,  
 Quis tanto valeam valere ab astu,  
 Annè ignem iuvat ignibus perire?  
 Come flammæcole subite flammæas:  
 Crines igneoli venire in ignes:  
 Sac me flammæa vincla rexistis:  
 Nunc vos solvimini & subite flammæas,  
 Vfristis nimis ignes capilli:  
 Nunc vos urimini & valete in ignes.  
 Hos meos, age latus ignis, ignes  
 Perge extinguere, tuq; flamma flammam  
 Exedas, mea corda que exedebat.  
 At tu, sic reliqui sui capilli  
 Vernent perpetuum tibi LYCORI:  
 Quod tuos ferus usserim capillos,  
 Parce: nam volo amare, non perire.

### De Delia.

Ansè mihi cara, et postquam me capit amore, Malevol  
 Carior est multo DELIA facta mihi. tus.  
 Ansè mihi pulchra, et postquam me capit ama-  
 Pulchrior est oculis DELIA visa meis. (re,  
 Cc Diligat

Diligat illa magis: mihi tunc charissima fice,

Atq[ue] mihi fiet DELIA pulchra magis.

Quod si, ut cara mihi fiat, me nolit amare,

Salem amerit fiat DELIA pulchra magis.

### Praxilla affectio.

Scaliger  
Pater.

Cum tereti, mea LUX, vinxit mea colla lacerto  
(Que sibi sola potens vincula novit amor)

Et dubia annexis coniuncta per oscula labris

Errat ab ignivomo turbine victa anima.

O uinam, sic mors, inquit, nos solvas amantes  
Iuppiter. at ne has sic Mors quoq[ue], solve moras.

Sed trahit confortum iunctas, ac redde tenebris:  
Atq[ue] eodem geminum vulnera pectus age.

Nè pete, nè PRAXILLA, duos ut vulneret: ex te  
Hic animus numeros pendet, habet q[ui] suos.

\* \* \*

Disperisti ames, nisi te misere, inquit, amarem:

Cur peristi igitur, cum misere, inquit, amo?

Quid dicam, aut, faceam? Mors est, se DIVA, ca-

Mors est, se, cum sis mea vita, frui. (rere:

### Invitus Fortunam, sponte Dominam.

Per scelerum ignoras facies, perq[ue] invia fati

Confilia, & Nemesis noxia tela Dea:

Quidna ego non vidi? quid non perpefus? ubi no-

Extant

*Exstant bene vita iam monumenta mea?  
Exilium turpemque famam, belliique furores  
Et rabide inuidie spicula caca tulit,  
Invitus mala tanta ut me nunc ferre volenssem  
Sectuque infestus pondora iussi humor.*

*Te defuncta me non supersuturum.*

*Desertas ubi despicias, THAVMANTIA, terras,  
Candida sydereco stella recepera simu.  
Si misero, que fila secat Dea, parcer amantie  
Me vivum sine te, quod velit illa, mori:  
Corrà ego suspiciā augustinū THAVMANTIA cælū:  
Quo sine te moriens vivere morire queram.*

### De Neara ad Flaccum.

*Amo NEARAM, Quantulum rogas Flacce?  
Ut memet ipsum plus amare non possim.* Douza  
Pater.

### De scipio.

*Si requiem quaro, caproque, sub arbore frigus;  
Adcessor citò fit, & mihi ventulam Amor  
Alarum plangore facit; sic carmina canto;  
Cantat Amor pariser, & mihi verba praedit.  
Sic ploro, & querulis ferio singulis auras,  
Flet simul, ac socios mecum abit in geminus,  
Co & Vulnera* Douza  
Filius.

Vulnera scù retego, lacrymis mea vulnera pergis  
 Abluere, ac plamis illa fore vere fusa.  
 Sin voluptè est mea pœna mihi spicare sagittas  
 Gaudet, & ardoris vixi duplicare mes.  
 Per tenbras & lucta vagor fert lapida dulcor,  
 Monstras & errant comitèr ille & iam.  
 Quod si gastra poso, suras includit in ære,  
 Miq; caput galea munis, & ense latus.  
 Ire invas Pelago? pro rata commodat alas,  
 Maternumq; mihi per mare sternit iter.  
 Sic lacere à nostro nunquam comes ille recedit;  
 Vi mens aeterno fomite daret Amor.

Quid non formi posset hæc qui fax atra vide-  
 In latices hodie & lacrymarum abi. (bar  
 Totus aquæ, totusq; vapor. sic destruor usq;  
 De flamma in lacicem: nec sati; è latice  
 In glaciens versus, Se stili mense Decembri  
 Vim passior, Domine quam mihi bruma parit,  
 Deficio, & subito momento obfirmor eodem:  
 Dùm trahitur vivo mortua vita mihi.  
 Vnius in terris formosa Numen adoro,  
 Toga in fernento qua iacet usq; miti.  
 Hanc sequor, & fugio: viroq; ac vincor ab hoste;  
 Hoc msiq; securus, quò, magè sollicitus.  
 Nunc rursus nuc profus agor, dàm tempore eodù  
 Me fodit hinc stimulis, inde retentat Amor.  
 Vi libatum est ipsi, nuc fers mea carbasa in altu

Nunc

Nunc subito ad Mares & Styga precipitat.  
 Sep̄e iam cum īm portū me credo tenere, fere.  
 Tr̄s uor sum, in scopulos mē decuma undare.  
 Quid iū naufragiū nob̄i fruſtrā unda minatur?  
 Naufragium tuus quippe, iocuſq; mihi est.  
 Credat & hoc quisquam? quo ſum uicinior Orco,  
 Hoc maḡe, iō, leta uoce, TRIVMPH̄, cano.  
 Ad Dominum ire paro reperiū corq;, animūq;  
 Reſq; mea? ipſum me quoq; perdo miseri.  
 Quoque m̄gis itudine tenta extreſ fagenas,  
 Hoc m̄gis atq; magis caſib⁹ impedit⁹.  
 Ipſe quidem video meliora; ſed impetrare  
 A me non poſſu⁹, que probo, ea ut faciam⁹.

## De ſcipo.

Dum cancerē & citharam pñlſarē pectine ſolus, Angerius.  
 Solus apud Domina, nocte ſilente, foreſ:  
 Audiri, fateor, vocem: ſic dixit. Amator  
 Si uitus ē in ventos irrita verba fluerint.  
 Respondi, nil eſſe, loquer quodcumq; ſed ueram  
 Sep̄e invata pñnas promere voce ſuas.  
 Hac mihi, non alijs refero: ſint Sydera ræſter.  
 Et ſi furda manent Sydera, ſaxa precor,  
 Et ventos, nub̄ ſq; atras, & lumina, quem  
 Excludunt ſunt hac verba doloris: Amo:  
 \*

Fles, rideſ, gaudeſ, mares, requieſciſ, oberrat:

De Cælia.

Stabat Amor, stabat mox CÆLIA, nosterq; favillas  
In me vertebant: hic face, & illa oculis.  
Victus eram, vixit quoniam fallax ore ruboris  
Dixit Amor: iaculis da sua corda meis,  
Tete reddi mihi: Dixi me reddi Paella,  
Non sibi: su seva cuspide regnatenes.  
Illa meis ornat spolijs sua templa, graviq;  
Illius ante pedes cum pede vincit us eam.  
Hec simul ut fudi trepidanti pectore verba  
Alligor, atq; libens do mea colla iugo.  
Quis creder fronti? visi est tunc missis: at illa  
Illa magis fata Tigride seva fuit.

De Cæliæ nive.

Transibant frigens, vidit me CÆLIA, risit;  
Ex mea compressam iecit in oranivem.  
Non nix illa fuit, rapido sed qualis ab ekuo  
Arenæ calamos uret flamma solet.  
Tunc arsi infelix sunt hac miracula; possunt  
In media fieri flammæ et celsa nive?  
Creda equidem densas pacuisse aduere mibus,  
Cum q; pruiniferis aquora fluminibus.  
Poncarcum; pudet ut flummæ ferre Cupido.

Hoc

*Hoc numen verum, hoc, corda cremare gelu.*

### De Neæra.

*Mutatum visa Phercynide credite Phineum.* Marul-  
luss.  
*Res ansiqua, tamèn teste probata suo est.*

*Nec iā vana putet veterū miracula quisquam,*

*Ipse ego cum visa dixi gemitus Domina.*

*Mes tamèn, & veteris remanet incendia mētis,*

*Sic etiam Nyobe flet lapis in Sipylo.*

### Ad Solem & Auroram.

*Ne suum & PETALES Amorem  
invecta luce prodant.*

*Phæbe celer rutilo cui flavent colla capillo,*

*Et tu flavicomō prævia Diva Deo:*

*Lumina quid tacitis properatis fundere terris?*

*Tam cito cur PETALES visere cura domum?*

*Ceritè ego te, Titan, ponis & te, Diva, carere,*

*Affusus Domina molliter in gremio:*

*Quippe sat is fuerant calo qua clara sereno*

*Sydera scintillis mille minora micant;*

*Tum quæ fidu pio spectatrix pendat Amori,*

*Pervigil opposita parte lucerna thori.*

*Nūm vero innocuos stat criminē prodere aman-*

*Mitia non istud numina velle reor.* (tes?)

*Cc iiij*

*Quis*

*Quis tibi Cyrenen, quis Daphnen nescit, Apollo,  
 In tenebris solitas, nocte silente, peti?  
 Aut quis, deserto dubitat, Matuta, marito,  
 Te sapè in Cephalì concaluisse sinu?  
 Este boni, finite ut repetā mea tecta per umbrā,  
 Invīdaen fugiat nostrategenda fides.*

Ad Floram.  
 De scip̄ s̄, & Cupidine.

*Vultius Floribus ex varijs necēbam, FLORA, corollam,  
 Cum venit ad nostras eccē Cupido manus.  
 Hic fugit hunc fugiens fugientem carpere tento,  
 Dum fugit apposito mergitur ipse mero.  
 Deq̄ via fessum fitientem ad poula cogit,  
 Dumq̄ bibo, en coccus cor terit igne Puer.*

De Philandri Fontana & Genista.

(perurit)

*Casta GENISTA placet, grata est FONTANA:  
 Hec animum, illa oculos: bac regit, illa domas.  
 Amba divino de mulcent pectora vuln.,  
 Amba oculos pascunt, cor q̄, animumq̄, m̄cū.  
 Amba optat me, ego quaro ambas: bac diligis, illa  
 Diligit: hec me vnde, velles & illa virum.  
 Prgeor ambabus, placet altera, & altera grata  
 Culsus in ambabus par q̄, eademq̄ fides. (est:  
 Viraḡ formosa est, una est castissima, talis*

*altera*

*Altera, quid faciam? cogor amare duas?  
O me infelicem, mihi plus sat&is una fuisse:  
Me miserum! cogor cur ego amare duas?  
Dura Venus, danonosa Venus, tu save Cupido,  
Save Cupido tuas comprime queso, faces.  
Si poses inter nos compone, aut contine amores,  
Aut tu, si nequeas, fac teneam, quod amo.*

### De Clinia.

*CLINIA, me aspiciens, placeo tibi, sat scio, dixit.  
Respondi. verum est CLINIA, sola places.  
Sed mihi cum placeas, placeat tibi, CLINIA, dixi:  
Ignes extingues sic tua flamma meos.*

\* \* \*

*Me nive candenti pergit modo CLINIA gebar  
Igne carere niuem, mix tamen ignis erat.*

### De Scipio & Inarda.

*In eis se arq. focum sudantē ut cernit IN ARDA,  
Hac mihi: que tanti causa caloris? ait.  
Huc ego. nūm rides? quid mirū ardescere eū, quē  
Et focus, arq. foco plus tua flamma coquis.*

### De Porcia.

*Illus sit fixè vulnus in imagine forma Spinula.  
Qua visa est superas equiparare Deas,  
Oravi*

Oravi us facerent oculos me lumina rotum;  
Serua erat & pueris bac comitata tribus.

Quae struis à Puerō; que porticus integrat istam?  
Et campo celeres quò moveret oro pedes.

Nobiscum venias, inquit: sequor officiosus.  
Ex templo & campos indicat atq; domum.

Tum tria complebamq; decē annua tēpora, lustris  
Ipse erat equalis penē Puella mihi.

Hic tibi quid referam divisa frontis honorem,  
Candida membra eius, purpureasq; genas?

Non cedit Dēvis, Phrygius quias ponere vidit  
Idēis pexas verticibus tunicas.

Prestabant cunctis illa tuus: sacula nostra  
At magè formosas nunc peperere Deas:

Pulchrior est oculis hac nostra puellula Phœbi,  
Ipse quām Charites: gratiōr una tribus.

Non alia in terris facies humana moratur,  
Dives qua possit urere, ut ista, Iovem.

Ischomache sicut Centauris grata rapina,  
Componit, sicut casta Minerva, laetus.

Et, Iovis ut coniux, incedit maxima roto  
Corpore: longa manus, tota q; fulva corwa est.

Eius iucundis mira hand deest gratia verbis;  
Omnia qua Pallas, qua Cytherea probat.

Atq; illi donat sua carmina Phœbus Apollo,  
Et docta Aonias Caliopæa fides.

Sirenum voces superat, que canidens olim  
Sisyphide illellas destinatæ rates.

Perforat

Personas & cibara, & genialia nubila veritatem,  
 Cum voce & digitis sapientem loquuntur ei.  
 In choreis omnem Cyprianum mea PORCIA sola  
     Saltando vincere mobilitare pedes,  
 Et manuam vincere gestu, se ipsam quoque vincit,  
     Vertendo vincere saltibus organicis.  
 Lebiam & illa pede servando & pollicis ictum,  
     Vrit, dum saltat, dum canit, atque sedet;  
 Vrit us incendunt rapida ipsa altaria flammam,  
     Cum cadit a cornis hostia casa Deis.  
 Scribere scire recte, longis rationibus assensum  
     Affolit in parves ducere mille querer.  
 Sit quibus ilba mea semper gratissima vita  
     Ampla comes, si sit forma pudicitiae,  
 Oravis: Vobis atque ammis ipse Cupido;  
     Mutua nempè Puer vincula paravit ei:  
 Namque meis votis respondet; digna marito  
     Cum digno, ut licuit, sancta Puella fuit.  
 Magni comulerunt tanta illi munera Divis:  
     Post Venarem hac nobis forma secunda redit.  
 Gloria tu nostris tu sola es nata Puellis;  
     Sola es cum summo digna cubare Iove.  
 Non dabis humanos semper tibi visere leutas  
     Hic, tua qui nobis invides ora, Pater.  
 Ista salutanti arridens mihi, sensit Amorem,  
     Scripsit illi subiecit, scripsit & illa mihi.  
 Prosternit incendi flammis nrumque Cupido,  
     Atque Venus mefforarie acerba suas.

Arma Dei feriunt animos facientia amorem,  
 Aurea tela suos, aurea tela meos.  
 Plurima donavit nobis monilia contrà  
 Nos duo, odorantes mōssimis & manicas.  
 Ac, nē deprendi possint nec a scripea paxente,  
 Mox telam capsa defuit illa fusa,  
 Imposuit q̄ nos as tabulam duram int̄, & ipsa  
 Telam, dehinc prudens offīs facta fuit.  
 Qualis flamma furit, si dulce infundas olīvum.  
 Servus ut exemplō cœna coquatur bera,  
 Crevit Amor nōster, simili est data copia fandis.  
 Vnum animum ex binis vox Erycina facit.  
 Dat q̄ fidem mihi, dōq̄ fidem illi matuī amoris,  
 Perpetuò nobis fædera sicut a fore:  
 Per Venerem iurat, natūq̄ Cupidinis arcus,  
 Quām mihi, nec magno rubore malle iovi.  
 Per Venerem iaro, natūq̄ Cupidinis arcus,  
 Quām se, nec Cypriam ducre malle Deam.  
 Ambos una fides, aio, lux auferet unx:  
 Cumq̄ alie valcent, tu mihi sola places.

### De suo in Rosinam amore.

Melissus.

" Amare honeste, amare castè, & integrè  
 " Nemini nec ulla lex, nec  
 " Mos ullus interdixit unquam. Quis veter,  
 Quo minus incamer Rosinam  
 Ex corde & animo suam, sic ardorem,

Plus

Plus ut ampliusq; nemō  
 Quisquam potis sit? Dī prohibeant, prohibeas  
 Ex lato mortale frētum  
 Ceterū, suprā quām progrederi vīres finire  
 Progredi p̄ergam; at q; semper  
 Amabo honestē, amabo castit̄, & integrit̄  
 Aureum pectus R O S I N E.  
 Que vita melior? que vē mors operior?  
 Hic Amor pot̄ fata duxit.

## De Laura.

Factus amans ego sum veluti scopus ille sagittis,  
 Nix soli, flamme cera, vapor q; notho.  
 Implorans opena mea vox tristitiae  
 At tibi, L A V R A, mei quantula cura super?  
 Leos fer ex oculis in me tibi transfreat ielitus,  
 Cui remediū confort bora, locusve nihil.  
 De te procedans solā (queis mutor, ut hic sim)  
 Sol, ignis, ventus, roris at ista iocum.  
 Tela, graves caræ facies tua, Sol mens alter:  
 Est desiderium Flamma corusca iusi.  
 Hunc me pungit AMOR, consumit dissipat armis,  
 Contra qua misero nil mihi restat opis,  
 Verba tua, & canus, & suavior halitus oris,  
 Sunt Auster, etiam quod mea vita fugit.

Ad Rosinam.

Erro per Europam viginis quattuor annos

Quasi

*Quæ serui faciem, bella ROSINA, suauis.  
 Sic ubi anhelanti ferres vestigia cur fu-  
 Obvia per tristias conspicienda vias.  
 Frustræ operæ sumpsi frustræ maris aquor aravi;  
 Frustræ ady Eoas, Hesperiasq; plagas.  
 Et tametq; ingentis iecur estur amore, nec unquam  
 Vrere me rapido languet igne Puer.  
 Deperco ignoram: quid si mihi nota fuisses.  
 Antè, vel ipsa mihi invisa OSINA scemel?  
 Heu duram forcer! nihil est, quod amasti amates.  
 Qui nec visum appetit, an par mihi amator erit?*

### Ad Iohannein Schlickium.

*Posthius Carmina pollacitus vereor ne criminis mittam;  
 " Cur ita, queris? Amo. Desipit omnis Amans.  
 Nam BLANDINA meā mihi formosissima mēst  
 Absoluta, atq; animi ius babet omne mēs.  
 Nec tamen idcirco Dominam sic perditis odi,  
 Sed magis hoc ipso nomine vanus, amo.  
 Ecquis amas igitur me, IANE, reprobet amantē,  
 Si sine carminibus criminis mixta meis?  
 " Quandoquidem sensus omnes, animumq; Paella  
 " Say etiam magnis eripuerit Deis.*

### De Amore suo.

*Vno sape die, quin una sapientis hora*

*Sunt*

Sun*m* mihi cur*m* Domina pr*æ*lia pax *q* mea.  
 Possideant al*y* faciles s*n*re lite Puell*a*,  
 Ha*m* mihi iucund*a* sunt in amore vices.

### De Lilia sua.

Quam prim*u* c*o*specta fuit mihi LILIA, quamq*u*<sup>Rogerius.</sup>  
 Eius colloquio fata dedere frui;  
 Sic placuit, nostrum sic capit LILIA pe*c*tus,  
 Omnes ut cur*a* pro*st*it*u*s exciderint.  
 Vt*q* ignotus Amor rep*et* per viscera, sensi  
 Pascere nescio quas pe*c*tora nostra faces.  
 Ob*st*upui: ut quondam subita forte i*c*ta sagitta  
 Dum secura mali pabula cerva metit.

### De suo Amore.

Exuror glacie in media, d<sup>u</sup>mo*q* uror, in igne Gyral-  
 Algeo. Si hac patiar cur mala queris? Amo. dus.

### Amen*s*, & Amans idem.

Roselet-  
tus.

Sunt amens & amans i*d*em: nam mentis uer*g* „  
 Nil habet: infelix quod s*n*re lege furit. „

### De suo incendio.

Quas patior flamma Troiana, incendia vincunt: Paniga-  
 Troas <sup>zola.</sup>

Troës uſſit homo, me Deus urit Amer.

### De Leucia.

Franchi- Nox erat & mihi cum Domina propè Tybridis  
aus. Rixa erat, & terris lumina Lupa dabat.  
Quid facis? exclamat Tiberis pater; aspice Lund,  
Pulchra magis Luna LEVCIA stule tua eſt.

### Ad Hannibalem Carum.

Me bene nolle mee iuraram, CARE, puella,  
Extinctasq; mei pectoris esse faces.  
Ilicet haec acri palles concusſa dolore,  
Et stupet, & largis fletibus ora rigat.  
Improbæ Amor dextra ardebat, quām perdere,  
Me fletu & lacrymis illa repeteſuis: (perdit  
Fleti ego dām lacrymas abſtergo, atq; oscula figo,  
Illius in gremio decidi, & interij.

### De Leonilla & Lydia.

Hieronimus Amaltheus. Me leuis LEONILLA oculis, me LYDIA torvis  
mus. Aspicit: hac noctem nuntiat, illa diem.  
Has Cytherea meo ſtellulas prefecit Amoris:  
Hec meus eſt Vesper, Lucifer illa meus.  
Lufus.

Dum ſcrita ſexu, natus.

Inver

*Inter rosas Amorem:*

*Hunc pinnulis prehensum  
Mersi in falerna: mox q.  
Omnem ebibi liquentem:  
Qui nunc meos per artas  
Pennis cinctilatu des.*

### *Amoris ingenuj conditio.*

*Occlusi medio pectore vulneris  
Insanam patior sollicitudinem.  
Namque sub racito pectore fax latet,  
Maiorem cupido concitat impetum.  
Suppresit labium nescio quis tremor:  
Suppressum referat nescio quis illo.  
Vecors me temere suadet Amor loqui  
Instat, subacieam, pallidulus pudor.  
Rideri metuo, si loquor, improbus:  
Truncari metuo, si taceo, dies.  
Ignarus quid agam, disperco miser.  
Vix consto mihi, vix vivere iudico,  
Dum tantis proprio casibus obviam.  
Pesanus quoties te video furor  
Cor urget: quoties non video, dolor,  
Mæror, tristitia pectus obambulant:  
Heu quo me miserum fors trahit impia!  
Vrgentem nequeo sistere turbinem:  
Nec vita auxilium poscere languide.*

Dd

Hes

*Heu sors! quāq; alia sorte molestior.*

### De Amore.

Nascitio Ergo Chaos densum rupisse puens Amorem,  
 Qui nihil est, aut est nil nisi triste Chaos.  
 " Spes, timor, ira, preces, bellū, pax, gaudia, luctus,  
 " Et lacrymae, & risus sunt in Amore simul.  
 " Afficit his animū spectris malēsanus amator,  
 " Nec quid amet novit prodigiosus Amor.  
 " Odit amans etenim quod amat, quod & odit, a-  
 " Is tūd nonnē potes iure vocare Chaos? (mabit,  
 " Quid quod Roma, Maro, Ramo, Mora, quidquid  
 " & Armo,  
 " Difsona quāq; suo nomine gestat Amor?  
 " Scilicet & vani chaos est effectus amoris,  
 " Sic Chaos implicitum nomen Amoris habet.

### Ad Sabinam.

Ipse meos tacitus dūm fortè recordor Amores,  
 Noster nil nisi nix esse putatur Amor.  
 Candida nix terris, terris & frigida nix est,  
 Tu mihi candidior, frigidior q; nive,  
 Et nix in summi glomeratur vertice montis,  
 Et mihi iam canum nix regit alba caput.  
 Nec tamen illud obest nobis, è montibus, amoris,  
 Hic ubi nix, rapidi perpetuiq; cadunt.  
 Frigida sit quamvis, at nix quoq; frigida torre  
 Frigida

Frigida sis, uris sœva SABINA tunc.  
 Ecce nivem teneo, subito dissolvitur, ecce  
 Te teneo manibus, mox fugitiva fugis:  
 Quod si rabescit primo nix lumine Solis,  
 Cur novus hanc non Sol discutit igne nivem?  
 Nempe quod aeterno statuerunt Numinis fati,  
 Vt mihi nix esses, SOLIS, SABINA simul.

\* \* \*

Odi & amo: formam, mollesq; amplectar ocellos:  
 Odi sed mores, ingeniumq; ferox.  
 Rursus nec mores odi, nec diligo formam;  
 Unde odium: nec quid cogit amare, scio,  
 Quid si odii flamas quandoq; ministret Amori?  
 Quid si odio vircis suggerat iustus Amor?  
 Ergo non odio, nec amo, qui diligo & odi,  
 Vix est ut qui non oderit, nullus amet. 33

## De suis Amoribus.

Vere novo mihi me rapuit formosi Puella,  
 Qua nil splendidius, nil & amabilius.  
 Sed postquam visa est nulla exorabilis arte,  
 Omnis ab astivo tempore fugit Amor.  
 At nunc Autumnum recidive Cupido lacefis;  
 Et rem cuniculis insidiosus agis.  
 Atqui si fructus Autuno teste leguntur,  
 Vere autem sterili flore superbit humus:  
 Fac quoq; si precibus locus est tibi, fac amor, ut sit  
 Dd q; Ampliet

*Ampliar Autumno, quam mihi Vere, frvor.*

*Nomine mentiro est tibi Lesbia dicta Catulle,  
Dicitq; Romano Cynthia Callimacho.  
Vt quisq; suam tacito dum nomine landat,  
At sua cuiq; tamèn quam celebraret, erat.  
Hoc ego vel vincor, vel tantos vince Poetas,  
Nam quam deperco, nulla SABINA mihi est.  
Nulla igitur cum sis Veneris confortia nostra,  
Nulla etiam forsitan carmina nostra putes.  
Et satius mollos versus in Amore vagari,  
Quam Paphia falso scribere dama Dea.  
.. O mihi quam dulcè est mendacē ludere Amorem,  
.. Cum misere cunctos, cunctaq; laudat amor.  
Atq; ut non potiar vesano vanus amore;  
Liber at ingenio sic fruor ipse meo.*

### Faunus.

Augu-  
stellus.

*Amore captus nubilis Faanus LYCES,  
Eam dicari coniugem sibi capit.  
Sectatur, instat, servidus, celer, furens,  
Quocunq; se fert illa, quo pavens fugit:  
Quo se recipiens fessa anhelansq; occulit:  
Vel cum profundi fluminis vadum natat:  
Vel cum latebras infima vallis subit:  
Densæ vel inirat abditum sylva sinum.  
Rupes vel alti dirutas repit iugi.*

Solanus

Solatur acres interim curas tamen  
 Quandag, lassus ad sacre hympha capat.  
 Dulciq, blandis consueta verbis lyra  
 Nymphis, Amores conquerens suos, canit.  
 Nympho perennis fantis abne praesides  
 Quae me condamna iacto, erg, semimortuum  
 Vestris frequenter ope laqueis excitum  
 Forvetis: neq, ab luxurie redditis,  
 Ut sorte cursus iam mihi datus sequar:  
 Ecquid pij me compotem uosi queam  
 Unquam videre? semper infensus mea  
 Luci, meoq, spiritu degredi gravis?  
 Que vita, que cor unius spirat mihi.  
 Desideratos eccè in amplexus feror:  
 Et cara tendo insaniens ad oscula.  
 O delicati pectoris papillulas.  
 Iam semipoma mollier ex qua prominere!  
 O colla parium marmore excedentia!  
 O suauiora certiæ labellulae!  
 Sparsum rubentes ore quid dicam rosas.  
 Albis ligustris, candidisq, lilijs?  
 Totus edam quid micans oris iubar?  
 Vel que serena fronte lucent sydera?  
 Es quicquid illuc aureus vertex tegit?  
 Cum nocte, semper & die me sauciens  
 Quæ pulchriora sufficor latentia.

Dd iij

Dc

Desubito vulnera à Cupidine  
inficto.

Celerius Aeriam volucres levibus configere telis  
Perquisiens Matrem forè parabat. Amor:  
Ludit enim quories loca per nemorosa vagasur,  
Atq; suum cornu rendere sapd solles.  
Ecce ipse occurro. certans Deus aliger, inquit:  
Præsèr spem meus hic latifer ictus erit.  
Tunc subito infelix terribilis vulnera passus  
Conqueror. A puerò quando ego iuvus ero?

Amator.

Borbo-  
nius. Huc ad me properate omnes, qui quædis ignem:  
Quir que situm alio currus? ignis adest:  
Nempè ego sum fornax, intus sūr viscera flāme,  
Semper inexhaustus uror, ut Aetna, rogis,  
Si summo austero digno(mirabilis dictu),  
Et maria, & tellus, & polus ignis erunt.  
Ardeo, & uror amors. Amor hac incendia fecit;  
Ut mea sic flagrant pectora, fecit Amor:  
O crudelis Amor! nam ferunt Mater & ipsa  
Sapè cupidinea lampade Lasa Venus.  
Nec Matri Puer ille quidem, nec parcere Divis  
Novit: ego bēu quid agn? nescio, semper amo.

Ad

## Ad Cynthiam &amp; Sabellam.

Impatiens miratur Amor quod CYNTHIA nobis Ducchus  
 Est cordis, & quod te pulchra SABELLA colo.  
 At verum expertus dico, fateorq; quod unquā „  
 Divisus dulcis non erit ullus Amor. (nesta „  
 Vos, quod amo simul, hac causa est (ni fallor) ho-  
 CYNTHIA nāq; anima es, corq; SABELLA me  
 Ut sine corde nequit corpus mortale vigere, (um. „  
 Sic anima crepta corpus inane perit.  
 Vivam igitur longū ut sæclū, vos stamina nostre „  
 Vite, oculis animam, Corq; forese finu.


## Ocelli.

Cesareas alius ducat in arma cohortes: Lernus-  
 Aut Othomanorum pralia, resq; capat: tius.  
 Ipse domi quo M. rite premat, quibus imperar, au-  
 Eloquar Idalij perditus insidij. (sis  
 Non equites, nō me pedites, classesve lucestunt:  
 Agminis in soliti fraus nova bella movet;  
 Lunatoq; superciliorum è fornice grassans  
 Cruda venenatis vulnera dat iaculis.

## De suo Amore eterno.

Tempore tecum arhunt prætoria, tempore vires, „  
 Da illi Tempore  
 Anger-  
 anus.  
 Digitized by Google

- " Tempore qua sita debilitantur opes.  
 " Tempore vernalis flores, argentea & aren  
 " Lilia, præfulgens tempore forma fluit.  
 " Tempore montani lapides, & tempore virtus  
 " Occidit, & Regum tempore defit bonos.  
 " Tempore mutantur cincices in saxa, perit g.  
 " Tempore fama, perit gloria, nomen abis.  
 " Veritur in senium tellus, & tempore monies  
 " Deficiunt, aquor tempore perdit aquas.  
 " Tempore fit cælum variabile, tempore Phœbus  
 " Luce caret, scriptum tempore marmor obit.  
 " Tempore durities, decedit tempore livor.  
 " At meus heu! nullo tempore cessat Amor.



## IV.

## DESIDERIA.

## De absentia Amicæ.

Angeris. Hic ubi sum, mites aure, felicis & hortis  
 annus. Sunt hederæ, & lauri, Phœbe decoræ, tue.  
 Hic lassus recubat Boreas, hic ocia litus  
 Incitat, & somnos dum filet unda facit.  
 Comoda Parthenopes hic balnea, Veris & ampla  
 Rura, ubi perpetuò flore nireficit humus.

Sed

Sed quamvis dulcis, procul extat CÆLIA, mitis

Aura fugit, sentes & meus horius habet.

Frigidus insurgit Boreas, & litora fluctu

Curva sonant, vigili cedit ab ore sopor.

Nil hic Parabolope, sed transspira saxa Lyca

Africæ. Sic illa, hic si modo, Dicimus ero.

### Quaricurante limen Puellæ.

Hic mo marmoreum faceret DAVVS, hic ego saxū Pôtanus.

Quod premeret pedibus FANNIA duram meis;

Nam quoties sacrè pateret pia lumen templi,

Per mea membra suum saxea ferret iter.

Et quoties festis rediret sui facta diebas,

Limine prodiret conspicienda suo.

Tunc ego marmoreus quamvis, nec sensile saxū,

Gauderem nisi dis ipse premi pedibus;

Nam nihil est cali faber regione creatum,

Quod non delicias morti habere suas.

Quod si quis Venerè, Veneris seu spicula nescit,

Durities artus induat alba micos.

Et si te biduum cogar caruisse, necesse est

In speciemque abeat nostra figura rudem.

Vna dies tantum est, quæc non PANNIA vidi,

Et sine iam videor sensibus esse meis.

Altera quam vereor ne sit lux invida nobis,

Et sim de nostro nomine pondus iners.

Quicquid ero, mero atque de te, FANNIA manus,

O saltem

O saltem strophina posse id efficiemus.

### De Amica sua.

Campa- Iam mihi suspensō propria teria labianc bona  
nus. Nec venit ad dictum tarda Puella locum,  
Confinco causas, qua sic mea vota morentur:  
Et sunt que tristes excusant lacrymas.  
Cogito posse quidem Dominam, sed nolle venire,  
Hoc nichil est quod me fortius exarciat.  
Non posse interdum fringo, sed velle quid horum  
Duximus. Heu! quævis oprio dura mibi est!

### Vadiano suo.

Vrsinus. Non vidi nostram biduam, VADIANE, Puellam,  
Perpetua est etas hoc misero biduum.  
Qua si iterum biduum fuerit mibi forte coréndū,  
Altera non etas utrueatur: emoriar.

### De Liviae reditu.

Andreli- Ut reus exspectat duro sub carcere usuetus,  
nus. Seu bona supplicij seu mala verba sui;  
Donèc certa latet iusta sententia lancis  
Cogitas eveneris deteriora sui;  
Sic incerta mea timore responsa puellæ,  
Et labat ambigua spes agitata metu.

Non

*Non solet esse pio constans in amore Puellin,*

*Et levis absenti corde, recedit Amor.*

*Spmam i Venus orta salo, cui iulia proles*

*Debet ab Enca nobilitata tuo.*

*Si meus à teneris annus tibi servut annis,*

*Et fuit ante tuos scēta columba focos;*

*Vel te sacra Paphos tenet, vel Sycanis ora,*

*Vel tua frondosissima Cythera iugis;*

*Vel salvis gelido concretas frigore glebas,*

*Sic soleas Domine pectora dura mea.*

*Cum faret Hypometes meta deflectus in ipsa*

*Auxilisq; vita est Hippodomia tuo.*

*Tu duce fortis erat r̄isa Leander amica,*

*Brachia cum medijs lassa mōverat aquis.*

*Ille etiam sumidis nūquam forci obrutus undis,*

*Invida sed caca m̄ata dedere viam.*

*Nec minus ipsa micas reliquis clementior astris:*

*O semper nitido stella serena polo,*

*Tu claram obscuris lucem mortalibus affers,*

*Fessaq; cum grata corpora nocte levias.*

*Tu genus omne creas totus quad possidet orbis,*

*Et concepra tuo quaq; vigore fluunt.*

*Ipsa beas omnes tali sub sydere natos:*

*Mitis & ex omni parte secunda venis.*

*Maior adhuc superest nostri fiducia votis,*

*Quod dabitur fato dexteriore frui.*

*Cum manus adferret peraratas fida tabellas,*

*Fulgebas facile sancta parente Venus:*

*Maiorem*

Maiorem, annexi, semper datis ambo favorē  
 Vnus habet gratiam qua carē alter opem.  
 Sed quid concusso creperunt cardine postes?  
 An bona festivus nuncius acta referi?  
 Sic est! ipse caecis circum mea viscera fangois,  
 "Certa velut tonito gaudia corde pavens.  
 "Gaudia que venient dubio sperata tempeste  
 "Sunt ea ne si quo, falsa pueris modo.  
 Territa sed postquam subiunxerat ossa relinquit,  
 "Tunc magis affectu res invadit illa suā.  
 "Quis negat humanis fulgentia sortitus astris?  
 "Cuilibet ex ipso sydere fluxus sinest.

### Ad Baptisam Færam.

Marullus Iam astas torrida tertium,  
 Astatig, parens flavaz, redit Ceres  
 Cincta concava tempora  
 Fæcunda segetis munericibus factis,  
 Ex qua perditus occidi,  
 Avulsus Domina, PÆRA, vice finit.  
 Cuīus vel Styge naufragus  
 Obcuru poseram reddier upico.  
 Cum per tot nemora interim,  
 Tot sylvas vagus, & sicubil peruvia  
 Vnis antra parent feris,  
 Nè quicquam mihi me subropio māscit;  
 Nam quacunq; oculis parent.

Hinc

Illic continuo cultus, & uires:  
 Occursum capitis decor,  
 Et que nec fugere est lamina, nec passi.  
 Ipsa robora habens genas  
 Oris purpurei, & peccora ciburnea.  
 Ipsa sibila frondium,  
 Carum nomen, & agnoscit sub annibus  
 Responsuus ttere sonum,  
 Tam diversa locis quam Regio tenet.  
 Olim fabulam ega, impius  
 Terrendis stimulos rebar, & asperas  
 Ulricum Eumenidum faces:  
 Sed profus nihil est usq; adeo leve,  
 Quod non sensitus intimus  
 Admissam rauque sede animum sua.

## De seipso.

Dum mea me patrijs BLANDINA teneret in a Posthivs  
 Dum poserat rofeis oscula ferre genis; pris,  
 Omnia tuum duci mihi tempora melle fluebant,  
 Nunc fette ex lacrymis nox q; dies q; madens.  
 At quando involumen me fata benigna reduci,  
 Ut repetam amplexus cara puella tuos:  
 Lux mihi dulcis erit, noctisq; beator umbra,  
 Thesaurosq; Arabum, regnq; despiciam.

## De Amore suo.

Tertia iam redem glacialis frigora bruma,

Qua

Digitized by Google

*Quia sicut BEANDINA sunt toleranda mihi.  
Ast ego mi videar tria lustra fuisse finē illa:  
Heū quanta est, Vita, pœna, carere sua!*

## Ocelli.

Lernau-  
tius.

*Tam procūl ergō mēo, vixi dīvīsus ab igne!  
Et sicut te, mea LUX, perditus haud perī?  
Mens ergō potuit tantas evincere moles,  
Ultimāq; inferna iusta negare rati?  
Sic adē immītes lacerarunt intyma cura:  
Sic dolor usq; suo se vīt ingenio?  
Vt superesse hilum mirer mihi pectoris hūius;  
Vt mirer fatis me superesse meis?  
Nūnc demūn expertus video, curas in amore,  
Quim vis depresso, non temerē opprimere:  
Scilicet ut miseri magis ac magis excruciemur,  
Inq; diem peius nos mala nostra habeant.  
Caucasea infelix ideo de rupe Prometheus  
Pendet, & a sidua carpitur à violacre:  
Cumq; semel tesho posset finire crūnas,  
Perpetuò vivit, perpetuò moritur.  
At tu, VITA, tuos alerā mihi nē nega ocellos,  
In rivos lacrymarum eccl̄ abīcere mei.*

## Sollicitari Lesbiæ desideriō.

Scaliger  
Pater.

*Quis precepit Athēsis rapido ciens amissi super-  
bit: Et ita*

Et iuga pacato barba' mutat agro:  
 Quām me sottilitas peregrina spiritus ante:  
 Quām sine te patria, LESBIA, fōdet Amor.  
 Quām stupeo: quantus cali me tractus inique,  
 Quantaq; me profugo druidie unda mihi.  
 Me trans aērias Alpeis fuge, transq; sonantē  
 Nereas fricta pīoro quād strepit unda gelu:  
 Huc ubi perperuo Phœbi damnatur ab astu,  
 Atq; hiat indigēs perdita terra noctis:  
 Tecum adsum: tecum trabis in deserta sequacē:  
 Tecum sollicito per fora densa pede:  
 Tantum savisse, & fraudis commentia dolose  
 Cum petis absentem, LESBIA, nulla rapis.

### De abitu Perillæ.

*Quid votis adversa meis Fortuna minatur?  
 Quid Superum tristis deferet ira novis?  
 Parce Deum Rector, nō me duce dura Iussentem  
 Titanum regnis in iulit arma tuis.  
 Non ego Solis equos mutato limite duxi,  
 Cum timuit rapidas regia vestra faces.*

*Nex*

*Non ego multatio crudeliter hospite discor  
Humanos artus apposuisse tibi.*

*An rasas vestes Siculi non more tyranni  
Dextera de sanctis traxit imaginibus.*

*Hanc ulli per me contempto numine Diuina  
Sacrilega ablata est aurea barba manu.*

*Nec veluti Xerxes Neptuno vincla minamus,  
Classibus insolitum cum parfecit iter.*

*Non per me Elysio rapta est Proserpina Regi,  
Nec triplici latranti impius ore canis.*

*Ergo quid insontem crudelia somnia terrent?  
Et dura volucres, terribilesq; ferae?*

*Nonne satis fuerat, chara quod pulsus ab urbe,  
Sollertia vigilans tot mala mente feram?*

*Nocturnam turbent nisi tristia visa quietem,  
Quae vel rara soleat, vel brevis esse mihi.*

*Di, cohibere iras, misericordia ignorare, vestrum est:  
In celeres abeant somnia dira noshos.*

*Tu quoq; sancte Puer generosi Rector Amoris  
Sevitiae finem constituisse velis.*

*Nam tua non unquam contempsi tela Cupido,  
Nec dolco Imperij crescere iura tui.*

*Nec Veneris nostri indicio cognovit Amores  
Deprensamira callidus arte Faber:*

*Nempe ego te quondam felix duce miles habebar,  
Invidit nostris fors inimica bonis.*

*Omnia nunc contraria coniurant, nulla facultas  
Iam mihi virandi tot fera tela datur.*

*Quod si supplicium superest, si pena perennis,  
Hec precor ut vita sit mihi summa dies.  
Protinus expedit tristis compescere luctus,  
Nam satius misericordia est perisse semel.*

## Marti.

*Marullus Antiqua Codri progenies licet*

„ *Hinc arva bubus mille seras tuis,*  
 „ *Hinc dite se ponas in arca*  
 „ *Quicquid Arabs webis astuofast*  
 „ *Frustrà clementum dinumeras greges,*  
 „ *Et consularis præmia purpura,*  
 „ *Frustrà renidentes curules,*  
 „ *Et veterum decora alta patrum,*  
 „ *Ni cuncta prudens Dñs referas bonis:*  
 „ *Hos nocte, castis hos precibus die*  
 „ *Supplex adores, hos in omne*  
 „ *Tempus opem, veniamq; poscas,*  
 „ *Nec verò si quid durius accidet,*  
 „ *(Quæ multa vita fert varius tenor)*  
 „ *Spem præter, idcirco labare*  
 „ *Relligio, Pierasq; debet.*  
*Nam nec perenni terra viret coma,*  
*Et sepè sudo nunc capimur brevè,*  
*Nunc frustrà inundantes procella*  
*Terrificant, redeunt So'e.*  
*Quarè, tot olim quanquam opibus paucis*

*Excellit*

*Excus' si, Errusco carpimur otio,  
Dic sancta, dic Clio parentum  
Laude parrem solita Gradivum.*

*Hec! tor suorum quem misere iniuste  
Clades, repulso Strimone Thracis  
Tectisq; Byzanti superbis,  
Tristia dum foveat arma Turca.*

*Sed quid benigna non faciant preces?  
Forsan minarum definet hic quoq;  
Iam tandem, & oblitus peracti  
Respiciet propior ne potes.*

*Tunc me nec Orpheus carmenibus Pater  
Equet carentem, nec pecorum Deo  
Laudatus astiva sub umbra  
Multi loque fidicen Camenae:  
Quanquam sonoris hic fidibus rudes  
Duxisset ornos, & vagi flumina  
Frenasset: hunc dignatus ipse  
Vlerò epulis, decimaq; Phœbus.*

*Sed plena solvens pectora namine  
Dicam atma, plectro dicam adamantino  
Crrus, & adversa iacentem  
Cuspide terrigenam cohortem.*

*Cum seua cunctis bella timentibus,  
Superq; moles moribus additas,  
(Sic prima nil virius perhorret)  
Mars cuperet tam in arma solus,  
Mars tunc Olympo primum oculis patris*

*Admissus, alta sub Rhodope puer  
 Hæmog, adhuc suetus leones  
 Cominus exagitare, aprosq.  
 Ut vero cunctos anticipit malis  
 Concus sit horror, terraq; partibus  
 Superba, crescebat sereno  
 Iam propior, propior q; calo:  
 Quid ô, quid annos Di geritis rudes?  
 An sic creari nil, ait, ab Iove est?  
 Paen, ô, aeternum carentes  
 Morte Dei, & bone-Rex Deorum.  
 Simulq; & ensem dat puero, & galeam  
 Afratam, & hamis undiq; nexilem  
 Auroq; loriam trilicem,  
 Eoly Steropis laborem:  
 Excepit omnis Regio planisibus,  
 Primusq;, nutu luppiter annuens  
 Terraq; concus sit q; calum,  
 Cynthe tua Domina inuidente.  
 Et iam profana versa acies retro.  
 Iam terra monstrosis ipsa suis gravis  
 Eterna quid distent caducis  
 Senserat, & manibus Tonantis  
 Comorta, Pheri fulmina fraxinis.  
 Iam leta signo sancta Deum cohors  
 Redibas auditoreceptus,  
 Arma Iovis pariter canentes.  
 At non receptus ille, nec imperi*

*Audet*

Audet verendi signa: sed improba  
 In cede perstabat, ferocum  
 Impariens animorum, & ira:  
 Ni iam tam & annos, & pueri Venus  
 Mirata dextram, nec faciem minus;  
 Complexa germanum benignis  
 Aurea continuisset uinis.  
 Salve & virorum Mars pater, & pater  
 Armorum, & olim (si merui modo)  
 Da queso, da Gradive pulchraq,  
 Ob patriam, atq; incipinata.

## Ad Martem, Venerem, &amp; Bacchum,

## Natalis CANDIDÆ

Mense tuo Manors vitales repfit in auras      Gradius:  
 CANDIDA, cantetur, CANDIDA mensē tuo.  
 Ias sit famineas, te præside dicere laudes,  
 Oebalia matres si tua festa colunt.  
 I venit in mentem Vestae formosa sacerdos,  
 Per vaga que de te est sonnia facta grauis.  
 Rec tibi dedecori, mea lxx, Gradive futura est.  
 Tu modò seposita cuspidē mitis ades:  
 Qualē sapè suo tenuis Venus aurea lecto, (Deus.  
 Quum propè magna tener volveret arma  
 Non oscat tibi chara Venus: tecumq; per auras  
 Vecta, columbino devolet usa iugo.  
 peccabis similes duplii sub imagine vultus;

Has tua sit dubitans, an magis illa Venus.  
 Veraqz formosa est, & c<sup>a</sup>dida: & veraqz d<sup>r</sup>va est,  
 Actua (parce) minus D<sup>r</sup>va pudoris habes:  
 Tu tamen & castas non aversaberis aras,  
 Alma parens, & quae si cra pudica damus.  
 Non semper vetitis accendit pectora flammis,  
 Aurea s<sup>p</sup>èruus tela Cupido iacit:  
 Tu quoqz, perpetuos hedera redimile capillos,  
 Largitor placide Nisi latitie,  
 Victorem si te strinxit captiva catenis,  
 Abstuleris & mentem Regia virgo tuam,  
 Fauste veni: Dominaqz mea natalibus horis  
 Annue: namqz soles hoc quoqz mense colis.  
 Ipse cana, dominoqz Schytas, vincet osqz corymbu  
 Ire triumphales Bistonas ante rotas.  
 Impius ut veterem mulierum Mavisa formam,  
 Facta qz Tyrrheno monstra repente mari.  
 Ut Satyri, Satyrumqz cava Pater arbore clausus,  
 Thebanae Matris prada Lycurgus erit.  
 Inde triumphatus Ganges, Oriente subacto,  
 Captiuam tardo flumine duces aquam.  
 Ipse ego liba feram liquido stillantia melle,  
 Premia monstrati que tibi mellis erans:  
 Et tra mella suis alacres miscebimus urvis  
 Qua<sup>c</sup> abigant curas mustea malfa bibam.  
 Quoniam faciles tribuere Dea potabimus annos,  
 Ipse ego natales illius, illa meos.  
 Ergo age, Sancte, veni: nate sine nulla vclupeas,  
Gaudet

Gaudet & ipse in suo munere castus Amor.

Sic te Lunaris lenius premat ira novercae.

Sic uolent nullus vita dona caper.

At, se ut sapè canam florentem mollibus annis,

Natalis rideat, CANDIDA, sapè tuus.

Ad Phæbum,  
ROSINAM anhelans.

Solus ut hac nemora & sylvas montesq; perer. Melissas.

Subq; alta iaceam tegmine castanea, trem,  
Phæbe vides, oculi o Mundi clarissime; & idem

Qua mala persolerem sadia, Phæbe, vides.

Hei mihi! quo creber suspiria, quæ ante q; fundo:

Hei! quansos gemitus pectora quoq; traho!

Vix tandem tantoq; immis pulmonibus haustos

Cuiquam hominum fundi posse trahiq; rear:

Vix tandem tantoq; ardens inhibitor amore

Prensasti Daphnes candida colla tua.

Mi domus angusta est nimis, arctaq; nec posis a.

Trans interclusas sponte meare fibras. (er

Non mihi sufficiunt valles, non aquora campi:

Ardua dante aura sed loca sola satis?

Vsq; adeò, ventorum agiles onerosius alas

Ponderis ut multi sarcina magna gravet.

Me venatorem silvatica turba luparum

Increpat, & fannis excipit omnivolis:

Lascini pueri me inclamant sapè Phaliscum,

Custodes pecudum scombrare sapè petunt:

Fff iij Las-

816. HORTIA MORS  
Laetioraq; canunt inservirea Puella; (VENIT.  
PATBERIS HIC DOMINAB PILIVS ECCB  
Aggemite o nemoara, o sykur. vos surgite menses  
Albius: exscendam celsius ipse miser.  
Exscendam, geminug; & suspiras ibis  
Faunis erumnae exonerabo meas.  
Forsan Hamadryadum solis latitabit in antris  
Una, silentie meos aure bibens gemitus;  
Quae causam misera meam solaniia dicet  
Verba, quirant non aliena fons.  
Sicut arhelando calidos suspirat ob astus  
Hinvalus irriguas, dum scilicet iugis aquas;  
Sic animus rapido mihi torridus aret ab igni,  
Ardoris cupiens iuge refrigerium.  
Huc ades o Zephyre, & Rhene, me tractibus aspe  
Leniter, excusa tempestes anime: (NAM,  
Aut potius caram mihi redde, o, redde Rosi.  
Quam tenet occidatis urbs Monodora plagi.  
Redde precor, flatuq; levis mea dirige vela:  
Sic cessent fratrum turbida flabra terram,  
Flabra trium cessent, Euri, Boreaeq;, Nothiq;  
Quis mittam pennis verba nota a meis,  
SUPPLICIS HEC ZEPHIRVS CERTISSIMA  
VOTA MELISSI (AQVIS  
IRRITA NEC VENTIS, IRRITA NEC DAT  
In Appollinem.

Mureus. Cu timidam cupidus Daphne sequeretur Apollo,  
Carren-

Currentem celeri per iuga summa pede.  
 Improbe, narratur tristis dixisse, Cupido,  
 Incaluit pectus cuius ab ione meum,  
 Aut concede tuas, quibus istam prosequar alas,  
 Aut sua de nostro pectora tela move.

## Ad Floram. In natalem

ROSINE

Virgo que florum studiofa caltes  
 Melissus.  
 Praefides horris, decus herbularum;  
 Siue tu Chloris, Dea, siue gaudes

FLORA vocari:

Candida natalis adest ROSINE:  
 Factua pulchris manibus Napae  
 Mille iam nectant maris ex virenti

Rore coronas.

Naiades castae, Dryadumq; vernans  
 Tarba, cum Nymphis aderunt pudicis:  
 Gracie & Musæ quoq; Oreadesq; &  
 Pura Diana.

Sparge pulsandam pedibus Dearum  
 Mollibus terram violis, rosifig;  
 Aiba Iunoni pedibus tenellis  
 Sparge ligustra.

Dum choros dacens mea cura Dixit,  
 Precinens Clio, praetensig, Pallas  
 Ritè festino nova temperabunt

Fff iiiij Gaud.

*Gaudia plausu.*

*Phœbus aurato residebit arce,  
Personans levi cybara, ROSINAM  
Myrtus incinget, mibi digna crines  
Laurus obibit.*

*Adfer huc unguen Puer, ac Lyæum:  
Adfer huc stacten, genus omne succi,  
Magma, pastillos, Syrūsque vegeta  
Balsama ab oris.*

*Hec dies solemnis eris: quos annis  
Hanc diem, & te FLORA, meamq; Nympham  
Annuo nostro celebrare pergent.  
Carmine Muse.*

### Ad Faunum.

*Marullus, Sylvarum, nemorumq; Faune cultor,  
Vtus Naiadum timor sororum,  
Seu parant posita lavare ueste  
Lascivum virreis latus sub undis;  
Seu molli recreare membra somno,  
Ilex sicubi amica, & alea fagus  
Excludunt radios potentiores.  
Vnam, Faune, meam cæve lacestes  
Vnam, inquam, mibi cariorum ocellis.  
Quæ sit forsitan, aut ubi, requiris?  
Quam cernes medium novum sororum  
Nec voce imparem, nec deure forme*

*Concentus*

Concentia fluuios morantem Hetruscos,  
 Ducebantq; novo lepore sylvas  
 Mellita comitante dicta Suada:  
 Hanc unam precor, ô benigne, castus  
 Castam præsterea, & integellus  
 Aduersis oculisq; vultibusq;  
 Si quando acciderit tibi videnda:  
 Nam timet me a Scala non latere:  
 Neq; nas fraude mala Deus lacesse.  
 Sic Nas tibi amica, sic Diana  
 Missa dextera, & irrita sagitta  
 Secanti comitum choros suorum.

## Faunis &amp; Satyris.

Adeste ô Satyri, boniç Fauni, &  
 Quicquid capri pedum est ubiç Diuum,  
 Mecùm numina sancta lacrymate.  
 Vesta mortua bella caprimulga est,  
 Illa candida, bella caprimulga,  
 Quæ vobis bona liba factitabat,  
 Quæ dulcem mihi cascum premebat,  
 Quæ tam carmina bella canitabat.  
 Tecùm delicias HYELLA ruris,  
 Tecùm gaudia ruris abstulisti.  
 Te formosulus horus ille, quem tu  
 Læsum virginem manu rigabas,  
 Te fons profiliens specu e virens,

Flaminii.  
ns.

Quem illa floridulo ore basibas,  
 Te lucent nemora, atq; vallis, in qua  
 Pascebas niveas tuas capellas,  
 Nunc pictas Dryadis legens corollas,  
 Nunc dulci resonans avena intus.  
 At tu si sapi, ô Puella, Ditis  
 Huic dato nitidas tuas capellas,  
 Hac pascente domum tuacapella  
 Ferent ubera tenuiora, lacq;  
 Longè dulcissim effluet papillis.  
 Nullam rur a tulere doctioreme  
 Aut miscere coagula, aut decoras  
 Mollis texere fiscinas bibisco,  
 Aut per florida prata cum Puellis  
 Chorus duceret obsequente pago.

Pan Pater, & veneranda Pates, Fauniq; valete,  
 Tuq; mihi quondam obare Taburne vale.  
 Vos mihi, vos misero sylva placuisse opace,  
 Dum niveū in vobis pavit HYLLA gregē,  
 Et mecum tenera furtim ludebat in herba  
 Ludere cum magno digna Puella Ione.  
 Tunc mihi purpureo fulserunt lumine Soles,  
 Tunc fuit heu! nimium candida vita mea:  
 Nunc nemora & fontes, & cali lumē, & umbra,  
 Nunc ingrata meis omnia sunt oculis.  
 Mors mihi sola placet. Mors ô dulcissima rerum  
 Huc ades, & vitam mors bona reddere mik;

III

*Illa meam vitam rupes habet, illa sepulchro  
Seruat delicias terra beatam meas.*

*Pastores illa Domina me tangite in urna,*

*Taliaq; inscriptis addite verb'a nothis.*

*Formosatus ardor Iola ab simplici HYLLAM,*

*Te miserum letho perdidit illa suo.*

\* \* \* \* \* Macrinus  
*Faune Sylvarum, specuumq; cultor,*

*Sæva maiestas, & opacus horror*

*Quos in accessos facit, & prophanis*

*Gressibus arces.*

*Seu iaces notis resupinus antris*

*Igne dum Titan furit impotens,*

*Fessaq; indulgens reparas quieto*

*Membra sopore;*

*Seu ferum insani jacutis amoris*

*Saucius pectus fruticosa Nymphas*

*Per iuga, & valles sequeris, nemusq;*

*Frondibus atrum,*

*Me, virtus duci comitante nupta,*

*Invios tu: o sine adire lucos.*

*Nec tua ingressis noceant pavore*

*Rumina ser'o.*

*Si quid & casura minetur arbos*

*Triste sopitis, gelidisq; serpens,*

*Si quid occursus vio'entiumque*

*Ira ferarum;*

*Nos ab infestis bonus o' periclis*

Faune defendas, Venerisq; Diva  
 Fidus: illas tuare ab omni  
 Noxia amantes.

Sic tuos nunquam faciles Napae  
 Horreant raptus Driade suè blanda,  
 Nec tua infestent properansis aspè  
 Cornua vepres.

Sic odorato pia turba vino  
 Libet agrestum tibi, sic Decembris  
 Seruant Nona, tibi cæsus aram  
 Imbquat aquæ.

### Ad Charites.

Pontanus O Dea, ô, alma Veneris ministra,  
 Quæ Puellarum, Iuueniumq; curas  
 Ore mulcetis, capitisq; Amantum  
 Pectora cantu:

Quæq; Nympha rum virides recessus,  
 Fluminum & ripas colitis, quæq; enra  
 Pectine arguto recreatis, adas

Et maris attas:

Vos Dea, vos, ô, Charites sub umbra  
 Myrtes, ad fontem, gelidiq; circùm  
 Praæ Sebæhi canite, & sonoras  
 Tangite chordas.

Luditis dum, dum canitis Puella  
 Auraq; astinus relevat calores,

Concinnansq;

Concinuntq; unà nemora, & quieti  
Marmora Ponit;

Ipse selectos per aprica rura  
Colligam flores, Cypriam q; myrtum,  
Colligam fructus hyacinthi, & albo  
Lilia ibyrso.

Lilia, intactum q; amaranthon, his &  
Misceam caltha decus, in q; sertum  
Vinciam implexas violas, & albi  
Texta liqustri.

Qua Syram stidens madefacta nardum,  
Quaq; & afflatus referant Sabaos,  
Indicum & costum, Armenij q; felix  
Gramen anomii.

Hic sum cingat speciosa crinem  
FANNIA, & quos pectore, quos & ore  
Spirat, hos ipsa & capite, & capillis  
Afflet odores.

Hoc Dea, hoc hoc, ô Charites ministra  
Cypredis blanda, hoc agite, & remisse  
Fila pulsantes citharae, canorum  
Fundite carmen.

Eccè florenteis graditur per herbas,  
Eccè pestanos pede pressat horros  
Virgo, quam ver insequitur, cui ipsa  
It comes Aura.

Auraq; & veris decor: en Amores  
Luscent circum, en pharcere, facesq;

*Ventilans spargitq; suos honores  
Latet Iuuentus.*

*Qua movet Nymphè, hæc trumas ipsa ridet,  
Ridet hæc aër: fluit ipse Lato  
Amne Sebethus, canit uxor imo  
Carula ab antro.*

*Huius è vultu, placidissq; ocellis,  
Instruit se se Venus, & Cupido,  
Altera accendens faculas, & alter  
Spicula torquens.*

*Ah quid! ab dulces Paphia canendo  
Illius mentem erigitis? superbit  
Et lyra, & cantutumet heu, proterius  
Carmine fastus.*



## XIII.

# AD LVCIFERVM, AVRORAM, AVRAM, CAV- RVM, ET SOLEM.

Ad Luciferum.

*Amal-  
thæus.* *Quid properas ingrate meos lasurus Amores,  
Et nitido revocas Lucifer ore diem?  
Non ego decepero violavi fædere Dinos;  
Nec Venerem sacræ diripui ex aditis,*

*Ah! nè me chara amplexu disiunge Puella:*

*Ah! nè me abreptis distrahe delicijs.*

*Flecte viam, tardoj, remensus sydere calum,*

*Serum iter Fois contere limitibus.*

*Sic nunquam ulla iros obducant nubila vulnus,*

*Teg, alat eterna Iuppiter Ambrosia.*

### Ad Auroram.

*Dia Tithoni senioris uxor,*

Naugeri.  
ms.

*Qua diem vultu radiante pandis*

*Cum genas effererofcas rubenis*

*Prævia Soli.*

*Roscidos ue nunc per agro vagari*

*Sub tuo adventu inuitat: & recenses,*

*Qua tuos semper comitansur axes,*

*Excipere auxas.*

*Sicca iam fauus calor uir et arva,*

*Iam vagi aunerum leuisim filescunt*

*Spiritus, iam sol rapidus furentes*

*Exeret ignes.*

*Dum licet, lati simul ite amantes,*

*Dum licet molles pariter Puella*

*Ite, lucentes vario capillos*

*Nec sit seruo.*

*Nunc simul telis passus Amores*

*Matris hærentes lateri & decentes*

*Gratia plenos referunt resecto*

*Flore quas fillos.*

Per

Digitized by Google

Per feros saltus, per iniqua lustra  
 Vndeq; occultas agitans latebras  
 Fertur, & sylvas varia ferarum

Strage cruentat.

Clara Latona seboles, nitens  
 Huic coma in nodum religantur auro,  
 Pendet aurata ex humeris pharetra,  
 Pendet & arcus.

Circum eunt Nympha simul, illa cito fit  
 Gaudet effusos agitare cervos,  
 Hanc iuuat certissimuli fugaces

Figere Lyncas:

Nunc ab umbroso simul asclepios  
 Daulias latè queritur, querelas  
 Consonum circà nemus, & ioco sa  
 Reddit imago.

### Sub exortum Diei.

Mareus. Roscida purpureas effert Aurora Ingales,  
 Et nitidum, Solis prævia, sternit iter:  
 Noctis aves dudum rupere silentia cantu,  
 Nullaq; iam calo rara, vel astra micant:  
 Exit flammiuomo Phœbus spectabilis ore,  
 Et cenebras densas noctis abire iubet.

De se, & Aurora.

Bentius Fronte ego conspicens rosea, fulvisq; decorans  
 Cribra

Crinibus Auroram, dum uehit illa diem:  
 Imperor, heu! Pueri nunquam placabilis arcus:  
 Omnis & è nostro diffugit ore color.  
 Tumq; Deum macto suspiria corde trahentes  
 Alloquimur: tecum nostra puella venit.  
 Fortunate senex ô tali coniuge, cerço  
 Nam repetit croceum tempore fidathorum:  
 Ast ego quid faciam infelix? sunt atra misello,  
 Te ut videam mea lux, regna adeunda mihi.  
 Sors tua, quam nostra melior! te nocte revisit  
 Coniunx, nec canum despicit ipsa caput:  
 Per te ingrata dies nobis, ingrataq; nox est,  
 Quem animū moriēs surripis, atq; animam.

## Ad Auroram.

Aurora, solis splendor iste pulchrior, Mellitus;  
 Quo purpurare cernitur  
 Et mane cælum & vespere serenatus;  
 Formosa nata lucidissimi Ionis,  
 O ter, quaterq; & amplius  
 Aurora salve. Te meis venustam  
 Quosies ocellis latus aspexi, palam  
 Videre ELISAM sumratus,  
 Britannie illam doctam, & eruditam  
 Reginam, in illiusq; viva imagine  
 Meam ROSINAM, tot libris,  
 Tot luculentis carminum in uolucris  
 Claram; Poetarumq; mille versibus

Ggg Pris

Pridem celebratam, in me  
 Tantum favorem, gratiamq; Nymphæ.  
*Aurora, quid te in orbe tuo est pulchrius,  
 Formosius, venustius?*  
*ELISA, quid te splendidum magis, quid  
 Illustre, regificumq; te magè uspiam?*  
*Rosina quid te dignius,  
 Celebrius suè, aut notius per orbem?*

## Ad Auram.

*Crotus. Quid suspiria feda, anhela, amara,  
 Atam mecum agitis male, & licencier?  
 Me, me(oro) sinite emoriri, & usio  
 Pectore hanc Animam egredi, asq; inanem  
 Hanc cratem artuum abire ubiq; in astros  
 Ignes, in cineres, & in favillas.  
 Dij boni! ut mala, pertinaxq; cura:  
 Cura ut me angit ahena, ut interim asper  
 Eheu me miserum, interim impius me  
 Exedet dolor! eccè cor præustum,  
 Eccè aegriq;, animusq;, spiritusq;  
 Ignescunt tacite, affatim, & misella  
 Fathi scet mi Anima; heu! mea una lux es  
 Curarum unica cura, qua aequè inquis  
 Obluctor querimoniarum aceruis;  
 Quam imber lacrymarum ultraq; ocello  
 Erumpit properè usq; quaq; se nè ergo*

*infelix*

In felix tam abero procūl? procūlq;.  
 A' mea Aura, mihi hac, mea nra, vita  
 Chara charior, illico abstulisti  
 Actusum, Aura, abiens locosq;, Amoresq;  
 Et Lusus, Veneresq;, Gratiq;  
 Liquisti invicem & omnia agra, & atra,  
 Ex templo Aura abiens, Stygem, ac tenebras;  
 Et luctum, & gemitum, & graves querelias.  
 Iam edde omnia. Redde quam abstulisti  
 Vitam, Corq;, Animumq;, Spiritumq;  
 Quid suspiria feda, anhela, amara  
 A' tam mecum agitis male, & licenter?

### Ventis furentibus:

A' solide celeres, Domina lunonis alumni,  
 Cerula & elinoli quos timeret unda maris;  
 Aliifremi, alipedes, celi terraq; retrarchae,  
 Dirigite in pectus flamina vestra meum:  
 Ut mea vel vestro pereant incendia flatu,  
 Vel me etiam vestris viribus austra necens:

### Suspiria ad Auram:

Aura felicis Zephyri, Aura felix,  
 Aura quam Phabo tecum ster anbris  
 Clam sub exsurgens: secundo  
 Sic in Amore

Ggg q

Chloris  
Digitized by Google

*Chloris ardenti tua semper ad sit:  
Sic tuis cedam animosa fraterum  
Flabra: sic regnes: age, nunc volatus  
                Suscita, & aroem  
I, pete Heroi positam Maluto,  
Quim Venus, spretis Eryce, atq; Cypro,  
Incolit; simul mea lux eam oris  
                Prætulit istis.*

*Defer has illi lacrymas, per ora  
Quæ mihi nivis liquida instar, undans:  
Defer & suspiria nostra, ab imo  
                Pectoris agri  
Quæ traho, noctuq; diuq; mortem  
Dum miser viuo misera m, atq; curas  
Inter insanas iccur usq; serva a  
                Vulture rodor:*

*Dic, bona oppressum nisi sublevet spes,  
Mox fore, adspectu ut recreer cupio,  
Nil fore, opatum torides fabire*

*Cur morer. Orcum.*

*Sed quid haec amens tibi? luce tacta  
Ut mea prima fueris Puella;  
Flamine aëtatum ex humili emicabis  
Arduus ignis.*

### De se: & DIANA ad Auras.

*Gyldas Aura, quæ legitis, quos mitto e pectori questus,  
                Quosq;*

Quosq; bilari fundit DELIA voce sonos:  
 Aut illuc rapida nostras deferte querelas,  
 Aut hinc quod spirat Cynobia ab ore melos.  
 Sic illa aut nostris misericordia flexa querelis,  
 Voce eius linguis vel mea corda dolor.  
 Sic vobis Boreas nigris non obstrue pat alis,  
 Agnq; sic vobis candida sepe cadat.

## Auras alloquitur.

Dicite felices Aura, Bundenidis unda Pontanus  
 Quae colitis ripas, quaq; & amena Padi.  
 Dicite, frondes quis quid agit mens ignis ad alnos?  
 Aus quid ad Argentum mœria in bittore ex?  
 An memor absentes tacitos suspirat amores?  
 Et veteris est illi vulnus, ne avic, necuum:  
 Rara quid' virtus, constas Amor: hic tibi nomine,,  
 Stella dedit: stabilis quod tua cura manet,  
 Scilicet & memor es tantorum grata bonorum,  
 Quae tibi postea Amor nomine, amulca dedit.  
 Presentemq; senem faciunt tibi manera nostra,  
 Quodq; & Amor inbeat, Gratiæ & ipsi summa  
 Heu, heu! nec prepiis frondes, nreq; silescunt,  
 Et muta in cursum consciens aqua.  
 Nil mihi responsant aura, tristesq; silescunt.  
 Criminis est taciti consciens ipse pudor.  
 Immemor qd; surstellus senescit cur budis ad.  
 Argente immortale munera reficiunt. (alnos)  
 Ggg iij Scili-

„ Scilicet est pretiosus amor, ven:lis amantum.  
 „ Spes, & in ambiguo vieta fides pretio.  
 „ Immemor auct' veseris, capitur mercede recenti.  
 „ Queq; Puella novis subditu maneribus.  
 „ Venalis spectes, pretiosi est forma, decor q;  
 „ Nimirum pretio quaq; Puella sub est.  
 Venditur èn auro calum, venduntur & astra,  
 STELLA q; nostra novo munere capta venie.  
 Vendit Amor, meritisq; suas mercator Anarus,  
 Insitor & fallax ales & ipse rapax.  
 Ita, redite iura, mea q; hac maledicta referte,  
 Venisti pretio capta Puella senis.  
 Venisti & tanenq;: Iuveni vesus ipsa rependes  
 Mox preciam: has penas di leuitatis annis:  
 „ Hac sors est in amore, & sumi hac mutua amoris  
 Que vendit eunenq; post emat ipsa senax.

## Ad Auram.

Toscanus: Sudoris aura, que aureos cincinnulos  
 Satur e nunc ad lamen explicans, Dor  
 Damis nitorem nunc q; ventilans vagis  
 Hinc indeq; gris mille nodis implicas,  
 Mihiq; mille vinculis cor alligas,  
 Medulla nulla iam ossibus meis induit,  
 Fibrisq; sanguis nullus est vis alibue,  
 Quem non auro fara percurras q;lo,  
 Certo ut corniferas flavidas tuis connas

Cervice

*Cervice lava vel micare dextera:  
Si verò ocellos conspicer licentius,  
Qua lance vitam librat, & meam necem,  
Qualis Medusa Maurus aspectu senex,  
Tum vera prorsus reddor obitu senex.*

### Ad Caurum.

*Core ferox: nam te gelidis metuende procellis. Scaliger  
Exercet madida Cantabris ora fuga:  
Excute nimbifer, & pluvioso flamine curras;  
Principitesq; minax fer violentius aquas:  
Lenta quibus iinquas placidos THAVMANTIA  
Huc referens nitida fronte serena dic. (colles,  
O leges placidas, ô miri commoda cali:  
Si mibi, tot stringens nubila, sudus eris.*

### Ad Solem.

#### Nulla domari flamma.

*Aspice Sol, rutila resegis qui luce colores:  
Edrevebis reduci flammœus orbe diem.  
Aspice, qui rapidus iacularis Sirius durat:  
Squallementoq; austidis ignibus urit agros.  
Non puden? en' vestras ego solus adurere flammas  
Audeasnes satis est illa, vel illa miti.  
Plus puden? THAVMAZ cunctos quod riseris ignes  
At q; meum gelido pectorè cruda necat.*

Campa- *Nunc ego Phabe tuos vidi nisi diffime currus,*  
 aus. *Quanquam nocturnis Luna vehatur equis:*  
*Haud aliter reserat portas Aurora rubentes,*  
*Haud aliter nitido Lucifer axe venit.*  
*Stabat sublimi formosi Diana fenestra,*  
*Subiectam populo pretereunte viam,*  
*Illa suos in me longum defixit ocellos,*  
*Tunc caligo oculos obruit atra meos.*  
*Incalui fateor: subitoque accensas ab igne,*  
*O Vati, dixi, parce Puella tuo.*  
*Turba frequens aderat, qualis Berecynia mactu-*  
*Euehitur Phrygia conspicienda rotis.*  
*Vndique concurrunt populi: stans illa superbis*  
*Turribus, Ideas despicias alia marmo.*  
*Miranturque, stupentque viri, studioque videndi*  
*Ante pedes alter concidit alterius.*  
*Haud aliter carus sua post vestigia cogit*  
*Attonitosque facit nostra DIANA viros:*  
*Illa faces oculis iactat, risusque sagittas,*  
*Et nunquam segni spicula missa manu:*  
*Quam si Menalias videas errare per umbras*  
*Iappiter hanc fieri non patiere bovent.*  
*I procul hinc Iuno, procul hinc Saturnia, dices:*  
*I, nostros ibit altera Iuno thoras:*  
*Esseque per perpetuo tecum patieris Olympo,*  
*Et iudicandensis sceptrata tenere manus.*

Ad

## Ad Solem.

Sol pater, eis heros opis sub lampade fressus . . . . . Molla.  
 Concipit & varias terra ministrat opes,  
 In virides cernis quæsam procumbere ramos  
 Poma diu, & curuo stipite nivea geris,  
 Pulcher Alexia abest paucijs dum longius oris,  
 Illi pendebunt sepiibus ista suis.  
 Tu face nè nimio tandem violentur ab astu;  
 Neù rapido ad terram frigore lapſa cadant.

## De Sode, &amp; DIANA Atioska.

Cum dederit clarum nobis ita CYNTHIA luce, Gyraldus  
 Vs Fratris radios vicerit ipsa suis.  
 Ergò meo, dixit Phœbus, sic lumine vincor?  
 Ergò ego sum damni sic miseri causa mei?  
 Dempfit, & his dictis, qua tradidit ante sorori  
 Lamina, luminibus quo foret, orba sorori:  
 Illa tamen clarum sparso de more nitorem,  
 Et tulit obscuræ lumine nocte diem.  
 I modò Phœbe, inquit, nunc esse nitentia nobis  
 Lumina, nosq; diem promere posse, nega.

## Ad Solem.

Sol decus cali, supatumq; Princeps, Pontanus  
 Auctor & lucis moderator anni,  
 Alter

Alienò rerumq; animantiumq;

Et sator idem:

Idem & immensi maris aquar; idem

Aeris vasti spatio, & iacentis

Intimum terra gremium fonsq;

Et feris idem.

Omnia ex te sunt, genus omne per te

Gignitur, crescit simul & perennat,

Et tibi affurgit nemora, & tibi berbe,

Germen & omne.

Cuncta sed te quum venerentur unum,

Et regas cuncta & Passer alme Texito,

Deseris cur nam tibi d. dicatum

Fulgas amans?

Tuchoros primus, numerosq; medius,

Primus & carmen meditare meritis,

Negligis quarè tibi dedicatos.

Asper amans?

Et tibi est arcus, tibi sunt sagittæ,

Et contra insonda, & puerilis eras;

Despicis cur nam tibi dedicatum

Nomen amantum?

Te colunt primi, metuunt q; amantes,

Et tuum primi venerantur astrum:

Lvx enim Dux est, oculi educes sunt

Fax & amantum.

Quin amans primus chores, tyranusq;

Carmen exercet quoq; primus datur:

Nom

Nam lyra & carmen, nam erigamus Amoris  
Pabula praeberat.

Doctor, & Princeps choicer, & magister  
Carmenis Sol, hoc age Dax amansum,  
Hoc age, & curam sibi deditus  
Suscipe genitos.

Quicquid liquorem aera, quicquid sulfurum  
Aqua accendis, vitreasq; seces,  
Ac sinus terra granidos, satufq;  
Calfacis omnes.

Vre spernaces Iunenum Puellas,  
Vre diversas ab Amoris antra.  
Vre & immiles animos, rufiq;  
Incute flammis.

Et mihi felix ades, & praeruunx  
FANNIA pectus moderare, adicta  
Ventilans sparsim face, dexteraq;  
Lampada quassans:

Lampada, atq; illos radios, aduis  
Quis & immaneis Tigrides, ferumq;  
Aspidum ad Syrtes genus, atq; tebras  
In mare Phocas.

Ingrate Sol ortum quid approperas tuum?  
Quo lux mihi, si luce non dexter frui?

Flaminii.

Redisne? gress ut redeas in sylvam meus?

Ac hunc HYLLUM mors acerba perdidit.

Redis, magis, magisq; abescam ut miser?

Et

Et te fatigem quæstibus semper novis,  
 Domina revisens pulvorem sacrum mea?  
 Aut tu quadrigas aureas tuas refers;  
 Vi luminibus aliquam afferam lucem meam?  
 At illa lacrymis, tenebrisq; horridis  
 Assuta lucem odere, nec radys ruis  
 Imbres suos siccari amant, quibus genua  
 Rigant, & ora amoris uita incondit.  
 Sed fulgeas licebit, & radianibus  
 Terras, maria, calunq; lustres ignibus,  
 Tamen omnia tenebris inherescunt mihi,  
 Ex quo meus Sol mihi suam lucem absulit,  
 Deisq; manibus occidens eam tulit.



## XV.

**AD VESPERVM,**  
**LYCHNVM, LFCTVLVM,**  
**SOMNVUM, STELLAS, LV.**  
**NAM, & NOCTEM.**

Ad Vesperum,

Marius. O syrus alma Cypridis,  
O noctis aurum decus,

Vesper

Vesper, tuo, qui luminis  
 Fulgore tantum sydera  
 Aeneis, coma Sol igneus.  
 Quanum nitore Cynthia  
 Praestat: precor, ne deneges.  
 Amice vespere candidum  
 Lumen tuum mihi, in simum  
 Eungi HYELLE, atque oscula.  
 Tu sis via comes unicus,  
 Quando omnia atra condita  
 Suni nocte, quando Cynthia  
 Neget suum lumen mihi.  
 Non me impie cupiditas  
 Farsi, cruoris aut suis,  
 Sed savavis Cupidinis,  
 Meo asthens in pectori,  
 Has ire compellit vias:  
 Cum Stella sis Veneris bona  
 Que sancti Amoris est parent,  
 Iuuare amantes te deces.

Ex Agathia: Lychno.

Parce suis ah! Lychne imbræ predicere fungis, Dous  
Pater  
 Ne remora Iuueni sis nova causa meo.  
 Emula su usq; quidē Veneri: mihi testis Abydi  
 Et Se si Iuuenis. catena mitto queri.  
 Lemni opus es, Veneri hinc credo aduersaris, be-  
 (rilem Dum

Ad Lectule.

Secundus Lectule, qui Domini lenium sine compare datus  
Pondus habes, nullis conscientie deliciis:  
Hecque torporem somno me semper inertis  
Imposuit fulcris sors inimica tuis?  
Dignus es, & certe mecum felicior essem;  
Afflaret si me lenis ut ante, Dens:  
Sive meo faci'is penderet IULIA collo,  
IULIA fervoris prima farilla mei.  
Altera seu mecum longas variaret in horas  
Labra columbinis roscida basidiis,  
Difficilis nimium, nimiumq; infida NEERA,  
Nec meritò numeris nobilitata meis:  
Seu quacunq; meis versaret in ossibus ignem;  
Digna thoro facies, digna furore meo.  
Non ego dedecori fierem tibi Lectule mollis,  
Sponda veternosum nec iuferret onus:  
Non Venerem malles nudo cum Marte iacentem;  
Dulcia nec varijs fureb; fouere loris.  
Nunc tristes unato tot abescimus anno:  
Inq; parem sortem te mea fita trahunt.  
Mollis Amor, terraq; puer, caligq; voluptas,  
Quaq; volas concha per freta summa levis;  
Languida quis blandi mordetis pectora curas,  
Vnde patens aer, unda, solamq; vigent:

Eur

*Cur nos tam miti cruciatis pectore vates,*

*Aut nullo miseros, aut in amore malos?*

*Optabam, memini, cum nuper amore vacare,*

*Vester in hanc animam ne fore ignis iners.*

*Hec mihi quam multos peperit vox una dolores!*

*Traditus indignæ præd. i fui Domina.*

*Illa tribus didicit et eandem vendere nocte*

*Improba: & exelatis sola cubare erribus:*

*Dicere iam venias: venientem fallere seq;*

*Esse domi clausa dissimulare scra.*

*Scit bene qua Iuuenes, scit qua moderator esset,*

*Et qua delirans ducitur arte senex.*

*Quam voluit, periura quas it singulis ora,*

*Et serido latas irrigat imbre gemas:*

*Quamvis munera amat, non profundit munera*

*Sed tanti longi sunt milia vincula malis. (dati,*

*Qui dedit, hunc veteres inter fastidit amantes,*

*Qualis in eversa stat vetus ade Deus. (illis*

*Qui modo dat nimis nouus, est neq; dignus ut*

*Preferet hunc, iuxxit quas sibi prisca fides.*

*Semper habet causas cur munera poscas amant;*

*Semper habet noctem cur dare lena neget.*

*Nam modo formosus Puer est venturus ad illam,*

*Ignea cuiniveo fulget in ore rosa,*

*Lovia cui nulla sordescunt inquina pube,*

*Seilicet efficit quem modo prima virum:*

*Et modo in alterius se iurat amore pertre,*

*Nec vacuum ad flammas pectus habere novas;*

Ft

*Et modò tam nota nullum de plebe salusat,*

*Vi semel est neruum experza Tribunitium:*

*Sapè gravem capitis causatur pallida morbus;*

*Sapè nova signat religione dicim.*

*Sapè dolet seuanusq; ruens ignescit in iram;*

*Baccha repentinis ut fuit acta sacris.*

*Ilicet, exhaustis loculis discedit Amator,*

*Ilicet egregius iam subit ille Puer,*

*Curna libascenti frangens vestigia nixu,*

*Dixisset Pylius quem, puto, Nestor auctor:*

*Vda sub hirsuta sorpent cui lumina sylva,*

*Herniaq; effatis pendet ab inguinibus.*

*Tolle tuas artes, nimium cognovimus ista:*

*Simplicius poteras dicere: Vade foras,*

*Et, Grandis es nobis: &, Sunt tua munera parva:*

*Et, Nimiū n. vera quaris amare fide.*

*Si tamēn hau fallit Phabi cortina Poetas,*

*Et sacer athereis vatibus ardor inest:*

*Sera tibi uenit fastus vindicta superbi,*

*Etatis tene et crimina flebis anus:*

*Cum tibi calatum iaxis pulcherrima rugis*

*Luridus inficiet p. anile caput:*

*Conductamq; trahens re. nebundo pollice lana,*

*Involves fuso stamina longa gravis.*

*Aspiciet lacrymas ridens Frycina senileis,*

*Et leuis excussa plaudet Amor pharetra:*

*Et tueres omnes, & meius probra inuabunt,*

*Lvx, precor, ô, fato sit prior illa meo.*

Tunc

Tunc ego carentis, Venus ô formosi, columba  
Ante tuas aras viscera pura feram.  
Interea à flammis iecur hoc melioribus ure,  
Dum res, & vita tempora verna sinunt.  
Me recreet placidi tranquilla Cupidinis Aura,  
Sit procul ex animo turbida cura meo.  
Me iocus, & risus inueni, incertiq; penates,      33  
Me lyra, me calices, me rosa in certa mero,      33  
Me sine nube dies, & me sine nocte tenebra,      33  
Et sine nox tenebris, & sine dote torus,      33  
Rexa vacans odij, & nullo vulnere bellum,      33  
Et matutino victa sopore Venus.      33

## Ad Lectulum suum.

Lectule, curarum solamen amice mearum,  
Ingenij silve pax, requiesq; ridentis      Borboni-  
Sapè ego te amplector, te exosculari atq; saluto  
Floribus aspergens, purpureisq; rosis.  
Si letor tecum, lataris Lectule mecum,  
Tantquam Letitia consciens ipse mee:  
Si lacrymo, lacrymas: seruas, Lectule, rides:  
Cor Domini referens, effigiemq; tui:  
Nec nisi virgineos purosq; ad nitidis amores,  
Nullaq; delectat te, nisi casta Venus.  
Te Charites, te sapè novem stravere Sorores,  
Te stravit manib; sapè Minerva suis.  
Tecum regificos concensu, Lectule, luxus

Hhha Dora

Dormio, vel dulcem pectine pulse lyram.

### Ad Somnum.

Dum iaceo fessus, nullamq; exspecto Puellam,  
Quar Iuneni, quar non impie Somne, ueniss?

\* \* \*

Marullus Somne, pax animi quiesq; lassi,  
 Curarum fuga, Somne, servientium,  
 Vnus qui recreas, forusq; sacla,  
 Idem Regibus, & popello inertis:  
 Ecquid, Somne Pater, meremur uni,  
 Cur nos vel fugias adire prorsus?  
 Vel si quando uenis graves dolorem  
 Vsq; savior, aspiorq; amantis?  
 An non scilicet est sat's maligne  
 Quod vivi Domina caremus? cheu!  
 Nec dum pectus iners ferimus ensem  
 Ni tu nos quoq; Somne territando  
 Tot horrentibus eneces figuris!  
 Nam nunc dente fera petita iniquo,  
 Frustrè poscere opem, modo uidetur  
 Nostris exanimis iacere in ulnis:  
 Nunc aut montibus avijs relieta,  
 Aut sylvis, lacrymis replete cuncta:  
 Nunc vasti maris obrui procellis,  
 Aut uero media insilire flamma  
 Tandem duritiam execrans priorum,

Aus

*Aut ferro dare pectus hauriendum.  
Quae si, Somne, diu putas ferenda,  
Nescis, ah! nimias faces Amoris,  
Et quid certa fides queat mariti:  
Nescis quam miseric molesta vita est,  
Quae laies quoque, sapè finienda.*

### Blanditur somno.

*Somne graveis hominum solitus deludere curas: Scalliger  
Pater.  
Aurea cum vigili sydera luce micant:  
Atque idem solitus hominum reserare labores,  
Cum repetis placido sydera fessa pede.  
Ecquid, ubi genus omne avium, genus omne ani-  
Ipsa qui lethao flumina rore domas. (mantum,  
Non puder exilio, ac luctu, curisque, se pultum  
Tani unum immunem muneris esse hominem?  
Septimus Hesperis cum Sol caput obruit undis;  
Es dabit amplexus senior hora tuos?  
Cetera si tecum coniurant Numinis: vicit  
At salicem regni iam miserere tui.*

### Ad Somnum.

*Huc ades ô bone Somne, veni dulcissime Somne, Fiamini.  
us.  
Et mea furiosa lumina clade manu;  
Somne veni, èn volucres tibi dulcia carmina di-  
Invitas placido te vaga lympha sono; (cunt,  
Te viola, te lilia pulchra, tuumque papaver,  
Hhh y Teg*

Teg, vocare plenis Crassis vina cadis,  
Nec tam ipse venis: quid riam mitissime rerum  
Iam sordum precibus te facit esse meis?  
Non ego vel faedo maculaui criminis vitam,  
Vel populi mores, & malefacta sequor.  
Si nescis, ego sum Musarum, Somne, Sacerdos,  
Nutrij in tenero me pia Mis: sinu,  
Et Cithara dedit: hos dulces tibi condere versus  
Iam meditor, properè tu modo Somne venis:  
Ni properas, lethi sopor ingruit, & mea sensus  
Luminis perpetua fundere nocte paras.  
Ergo age, Somne, gradī celeri, ne fama ragesur,  
Immeritum culpa me perisse tua:  
Nam si nulla mea tangit te cura salutis,  
At parcas fama, si sapis, ipse tua.

*Somne veni, quare roranti mea tempora raro,  
Et mea blande tua lumine conde manus:  
Me ferus urit Amor, me per fidus ille quiescem  
Spinoso prohibet carpere posse thoro:  
Sepius ad dulcis confugi munera Bacchi,  
Non tamen est Bacchi munere victus Amor:  
Tu, cui Dý parent set cies infunde soporem,  
Fac latus obfessa. riger Amor.*

**Nutrix somnum inducit.**

*F. Romanus Somne veni, tibi Lucielus blandissimae cellis.*

## *Symposium*

*Somne veni, venias, blandule Somne veni.  
Luciolus tibi dulce canit. Somne optime, Somne  
Somne veni. Venias blandule Somne veni.  
Lucius vocat in thalamo te Somnile, Somne  
Somnile dulcicule, blandule Somnicule.  
Ad cunas te Luciolus vocat hic, age, Somne  
Somne veni ad cunas: Somnus, age, Somne veni.  
Ad cubulum te Luciolus vocat eià, age, Somne  
Eià, age, Somne veni. Somnile blande veni.  
Luciolus te ad puluinum vocat, in stat ocellis.  
Somne veni, venias. eià, age, Somne veni.  
Luciolus te ad complexum vocat, innuit ipse,  
Innuist, en venias, en modo Somne veni.  
Venisti bone Somne, boni pater alme soporis,  
Qui curas hominum, corporaque agra levas.*

## Somno.

*Hac sibi lethais collecta papaveraripis, Amaltheia  
Hac annosa sibi, Somne Falerna fero. 15.  
Tu face, nocturnos MEROE dum currat ad ignes,  
Morsaque vibrato pollice versa trahit:  
Ebria fibellax, quis etenim corrumpat:  
Deseratque perire colum:  
Exploritque summa humida cursum,  
Stertatque ALCIPPESTUS Amore fruatur.  
Habetque Ad*

## Ad Sidera.

Scaliger  
Pater.

*Minniæ facula, minutiores  
Dy cali, nitidi Iovis Quirites:  
Quæs prospectus ab ultimis Eoës  
Ad seros facilis patet Britannos:  
Rorate aut gelidam boni quietem,  
Quæ cacos mihi temperet furores:  
Aut aufer se M ETHYLLIÆ quietem,  
Cuius munere fræta nescit ignis.  
Nil ago? scio quid rei sit. illuc  
Timetis male comparari ocellis.*

*Me a num, mei erroris causam,*

*Ignea qua picto fulgetis sydera celo:  
Et nox sydereis ignibus uda comes:  
Sapè meos vobis narravi perditus ignes:  
Sepè tibi fletus semina dura mei.  
Debebant similes ardentia lumina flammæ:  
Debuit hac lacrymas uda foovere meas.  
Cur aliena moror: re defero? sydera nolent  
Capitum: men. cur miser esse volo?*

*Tessera inter me & THAVMANTIAM,  
Stella.*

*Stella, ni de siderium si ferre queam: si*

VIIA

Villa mihi si nè te nox bona, Stella venit:  
 Nè mihi nox, mihi nec stella nox luceat ulla:  
 Nox stella sì nè sit, sit sì nè luce dies.  
 Quid loquor infelix? cù me mea stella relinquis;  
 Fit stella sì nè nox, fit sì nè luce dies.

## Ad Stachadas cum pernoctaret,

Quippe hi sunt muti silices, brutaq; paludes:  
 Quippe hac qua rigida marmora mole iacet:  
 Quippe hi sunt scopuli, & scopulis furor addi-  
 tus Euri,  
 Fractag; spumificis murmurat unda vadis.  
 Et tamen in tanto pelagi, venti q; tumultu  
 Redditur ad voces nominis umbra meas.  
 Quippe hi nec silices, trucitus nec marmora  
 Nec refluxus scopulos astribus urget aqua. (victis  
 Sed scopulosq; minax q; salum, tristesq; ruinas  
 HER SILLÆ gelido pectore fixit Amor.  
 Seu cum de placidi, tranquillo numine rulcus  
 Abscondit voces vox iruclenta meas:  
 Siue ubi fraudato pacatae frontis honore  
 Avia conceptio mura furore fugit.

## Ad Coronam Boream.

Corona gemmis Gnosia emicans novem, Melissus.  
 Axis Borei sidus, & decus polis;  
 Cur sole compares ocellulos meis,  
 H h h iij astris

850. MORTI AMORIS  
Astris utring<sup>q</sup>, nube tectis candida?  
Vi sola fulges inter altas stellulas  
Conspexit; sic et eras conspectior  
Mi<sup>hi</sup> sola fulget inter aulae virginis,  
ROSINA gemmis aurea enitens novem,  
ROSINA nostri MARGARITA pectoris.

### Ad Lunam, votum pro Iola.

THESSALIA Dum Galle nocturna petat formosus Iolas  
Limina, cor caco tostus ab igne Puer:  
Huic tutum medie pro opaca silentia noctis,  
Alma tuus splendor Luna ministret iter.  
Sic Aurora tuis quoties amplexibus hares  
Eudymion, lentis tarda vehatur aquis.

### Ad Lunam.

THESES. Quae in calo fulges, figis nemore, & Styge tor-  
Arcadas antiquos edita post hec ade. (ques,  
Oceanum festina subi, lumenq<sup>uod</sup> coerice,  
Spectemur nulli noctis us insidiae.  
Detur iter nobis tacitum, vicinia namq<sup>ue</sup>  
Callida formosa fura tuetur Hera  
Pergat amans vasis securus quisque tenebris  
Ad Domina nullo conspiciente fores.  
Carmine Thessalico sic nunquam fessa labores,  
Arumnaq<sup>ue</sup> iuuent cymbala rauca tuas.

Six

Dic tibi purpurei non desint lumina fratris  
Opposuit medij splendidiora solis.

\* \* \*

Hac utinam dum nocte nites pulcherrima calo,<sup>Capilla</sup>  
<sup>pus.</sup>

Circumstent roseas nubila nigra genas.

Parce precor: densa nam me iunat ire per umbram,  
Dum tacitus PHOLOE<sup>s</sup> tecta beat a peto.

Te quoq; migranti quondam caligine septam,  
Delicias furtim iuuit adire tuas.

Noctium Dux, alma comes dierum

MAGISTER

Luna, qua nixu teneras Puellas

Soluis, & lajos facis absq; luctu

Edere partus;

O laborantis radibus sub annis

Mitis affulgens, uterum relaxa

Posthixa, patremq; diu cupita

Prole beatum

Redde: si Vates, Medicusq; solers

Rite Phabeis operatus aris,

Et dies noctesq; tuo tuiuè

Fratris honori

Barbiton nervis habilem tetendit,

Teg, verbena, viridiq; nardo

Cinxit; aut frontem Clario Daphnea

Frunde revinxit:

Cui sorum coniunx sterilem relinquit

Orbus est, cheu! pater, amè funus,

Liberum

Liberum, vivusq; adoleat regalem  
 Matre Cupressum;  
 Vota nequicquam geminans, prece s̄q;  
 Ad Deum frustrā calidas refundens.  
 Nec dolor dispar, eademq; Nympham  
 Cara remordet:

Posthī Blandina ferax canatur,  
 Ut Radingeri facilis Creusa, &  
 Estere Ley, lepidumq; ridens  
 Suavia Vatis,  
 Pura cui nomen dedit amnis unda,  
 Vnda Musæo similis liquori;  
 Quo iros perspè soles Diana  
 Tinguere vultus.

Dum loquer, LVCINA p̄ijs parentes  
 Anxios votis hilarans in auras  
 Mittis optatum thalami iugalis  
 Pignus Erasmus.

Ferte sacratas citō ferte lymphas  
 Mysticæ fontis, riguisq; primum  
 Editi fatus caput evolutum  
 Spargite guttis:

Max & enixa genitricis ori  
 Cinnamum, costig; boni fragantem  
 Fumulum insuffite, pia precati  
 Voce salutem.

Vivas extenso diurna vivat  
 Seculo proles tua, clare Posthi,

Dome

*Donec in celso veneranda Phabe*

*Luccet Olympo.*

*Eia sic dicamus, & usq[ue] quaq[ue]*

*Prosperam partus referamus horam;*

*Menstruos luna, memores, nihil dum*

*Fallere metas.*

\* \* \*

*Luna decus celi, astrorum Regina bicornis,*

Flaminii.  
us.

*Quae medio raptim laberis alta polo.*

*Ad Dominā propero, qua nec formosior unquam*

*Pavit, nec pascet illa Puella gregem.*

*Tu mea nē quisquam valeat deprendere furta,*

*Conde precor lacem candida Diva tuam.*

*Sic tibi sit proprio splendescere lumine, sic par,*

*Et magni radijs amula Solis eas.*

### Arguit noctis moram.

*O Nox perpetuo Nox, o, mihi longior aeo:*

Scaliger  
Pater.

*Nox mihi spiranti surdior una frero:*

*Non pudet effetas producere longius horas:*

*Et trahere ignava non tua regna mora?*

*Promissos mihi sub lucem ut fruſtreris amores,*

*Optatoq[ue], tenax incubet hora die?*

*Nil agis, & medij si se mihi fugeret umbris:*

*Afferet à frontis luce serena diem.*

Brevis.

## Brevissimæ noctis felicitas.

○ Noctem angustam: qua nunquam parior illa,  
 Aurea puniccum lux tulit alma diem.  
 Unde venis, Nox felici Nox lucida lauru?  
 Nox mihi perpernis lucibus una prior.  
 Tenè Venus Paphio vexit pulcherrima currit  
 Tenè Cytheriacis pavit amica inquis?  
 Tenè in Acydalijs aluit Charis hospita campis  
 Pectoraq. Ambrosio pura referat agro?  
 Unde geris faculasq. nonas, raroq. hymenaeos?  
 Unde geris gemino lumina fulta die? (qua)  
 Dum loquor infelix: quid abis? quo tendis. iter?  
 Caca mihi tenebras: quas mihi caca neces  
 Diva redi. nequeo, tanq. sub Solis honore,  
 Tam nitidis flammis, atra favere queam?

Invito sibi interruptum colloquium  
 interventu noctis.

○ Noctem angustam, cui non aquanda dies,  
 Qua clausit tenera luce serena diem.  
 Dum sermone sacro cunctantes frangimus horas,  
 Mensq. inhibens magni pendet ab ore viri,  
 Hespere cum videas tam rari illustria Phœbi  
 Que nunquā occiduis lumina mersit aquis:  
 Ansus es astrigeri supremo ab limine mundi:  
 Sole nitens meo tendere Noctis iter?

Depre-

## Deprecatio, ad Deam Noctis.

*Nox amoris conscientia, que furens  
Ducis optatam luneni Puellam,  
Grata Dñs magnis, & amica casta  
Nox bona Luna.*

Romane

*Quam colunt unam Genius, Hymenq,  
Et suo giudens Frycina Nato,  
Cum ferus diras acutis sagittas  
Sumit & arcum.*

*O Puellarum decus & voluptas  
Sentis a te qualia dona lectus,  
Lectus expers te sine basiorum, &  
Deliciarum.*

*Quas simil iuncti faciunt amantes  
Dum cubant complexibus obsequentes,  
Et terunt compacta labella labris,  
Denib[us] atq[ue]*

*Lingulas suggunt, animi q[ui] florēt  
Ore deducunt querulo, parig[ue],  
Concidunt motu, resoluta postquam  
Grata libido est.*

*Tu quies rerum q[ui] hominumq[ue] sola,  
Tu graveis curas, & amara festa  
Amores menti, & refores benigno  
Pectora somno.*

*Tu redis Mundo redimita fronte  
Syderum scitis, & amica blando*

Rore

Rore perfundis & iolaria, agros.

Frugibus explens.

Da meis finem Dea quoque votis,

Ut quod optimus liceat potiri,

N<sup>e</sup> vorer tristis penitus calenteis

Flamma medullas.

### Ad Noctem.

Nox bona, qua ractis terras amplexatenebris

Dulcia iucunda furtate regis Veneris: (LE)

D<sup>u</sup>i propero in cara amplexus, & mollia HYEL-  
Oscula; tu nostra sis comes una via.

Nev<sup>e</sup> aliquis nostros posset deprendere amores:

Aera coge auras densius in nebulas.

” Gaudia qui credit cuiquam sua: dignus, ut unqu<sup>e</sup>

” Dicier illius nulla puella velit.

Non sola occultanda carnis sunt orgia cistis:

Solav<sup>e</sup> Eleusina sacra silenda Dea,

Ipse etiam sua celari vult furt<sup>a</sup> Cupido:

Sapius & penas garrula lingua dedit.

Vna meos, quos & miserata est, novit Amores

Officys nurix cognita fida suis.

Hec, qua me foribus vigilans expectas in ipsis:

Inqui sinum Dominae sedula ducit anus.

Hac preter tu sancta, latet qua cuncta, silentia

Tu Dea sis flamme conscientia sola meae.

Quaque, libens astas nostrorum testis Amorum

Nobis.

Nobiscum tota nocte lucerna vigil.

\* \* \*

*Nil tecū mihi iā Phabe est, nil Nox mihi secūm,  
Avobis non est noxuē, diesfūc mihi.*

*Quantū ad me, ut libet auricomō sol igneus axe  
Excet Eōe Tethyos è gremio,*

*Vt libet, inducat tacitas Nox atra tenebras:*

*Fert mihi noctem oculis, fert mihi HYELLA  
Nam quotiēs à me nūidos avertit ocellos, (dieno.*

*Ipsa in luce etiam nox tenebrosa premit:*

*At quotiēs in me nūidos convertit ocellos,  
Candida & in media fit mihi nocte dies.*

\* \* \*

*O Nox suavicola, o bona tenebra,  
Tenebra mihi luce clariores,  
Qua meam Venerem, & suavitatem,  
Cor, vitamq; meam mihi attulisti.*

Bonifacius.

*Nunc te possideo alma PANCHARILLA,  
Tururilla mea, & columbulilla:*

*Nunc blanda Veneri licet litare,  
Longa præmia nunc mora referre,  
Amplexusq; mihi frui cupito.*

*Ferox, improba, dura quid moraris  
Sic me languidulum? quid illa lingue*

*Mella sugere, quid suavis auram*

*Oris colligere & tenaciora*

*Veras conserere invicem labella?*

*Quid vero tacito unice requiris,*

Cur

*Cur id dura mihi negas rogans?*  
*At prior cupias licet, pudica,*  
*Et frontis tetricæ cupis videris,*  
*Sternens (credere si licebit unquam)*  
*Molles nequissimas libidinesq;.*

*At te per faculas tuas micantes,*  
*Et hac amula purpure labella*  
*Oro, perq; genas, & hunc capillum,*  
*Qui formosa vagus flagellat oras*  
*Oro, perq; sinus, & has papillas*  
*Primulum tibi iam sororiantes;*  
*Has gemmas geminas pari decore*  
*Surgentes, geminis pares pyropis:*  
*Nè Cupidine iam diu astuantem*  
*Eneca: Ah pro miser! quid:imo*  
*Iam dudum perq; nisi benigna*  
*Faves ocyùs, ocyusq; cordis*  
*Tot incendia PANCHARILLA sedas*  
*Me Venus bona, me Cupido serva,*  
*M' mens insolitum furit furorem,*  
*Neg; hunc ferre potest furoris astum.*

*Hac suspiria, & has preces trahebam*  
*Imo à pectore iam neci propinquus,*  
*Quim vita sibito ira desunscit.*  
*Et mo' virgineo pudore leves*  
*Interfusa genas, & ora casio*  
*Spargens mo'liter imbre lacrymarum,*  
*Tota, inquit, tua PANCHARILLA tota est,*

MACHO

*Mutuo tibi mancipata nexu:  
Cum dicto simul osculum propinat,  
Vt rō se admoveat, & pudenter audax  
Se se in brachia nexuosa dedit.*

*Tum dico, Super tenete celum,  
Vestram Numinā possidete sortem:  
Dum te, et teneam, alma PANCHARIELLĀ;  
Dum te possideam, nec ipse calum,  
Nec vestram, Superi, invidebo sorteim.  
Et nunc roscida labra suauiarī,  
Et nunc mollibus immori lacertis,  
Nunc patrantibus innatāre ocellis,  
Nunc & brachia tortili capillo  
Impedire iuvat, modò osculari  
Anhelas tremulo sinu papillas,  
Papillas Veneris pares papillas,  
Altrices anima mea papillas.*

*Millies mihi, millies sagittis silvē  
Nox felicibus invidendi Diuis;  
Qua nec Iuno mihi beatioreno,  
Nec possit Venus ipsa polliceri.*

*Salvere o mihi candida tenebra,  
Tote inter veneres, salacia sagittis,  
Et tot blanditias, fauentius sagittis,  
Et tot illecebras, lubentias sagittis,  
Et suspiria, murmura, & susurras,  
Et convitia, mutuos sagittis questus,  
Luscas, oscala, sinnulos cachinnos,*

Rixas, praelia, morsificationes,  
Iras, vulnera, lingulationes,  
Vitas atque neces reciprocantes,  
Et tot nequitias mihi peractae.

Ad Noctem, Sydera, & Auroram,  
De Dominæ pulchritudine.

Muretus. *Nox furva, atque alis horreda nigratisbus, & vos  
Fixa meæ vulnæ spinæ astra Deæ,  
Audite hac: tu primum Erebi septuplicis æx.  
Quæ veniens uno cuncta colore notas: (or,  
Non pudor est ubi flammæ olo te MARGARIS ore  
Pellit & invitum cogit adesse diem?  
Vos quoque lucentes æhra radiantis ocelli,  
Quorum alta assiduo tempore canore sonant:  
Non pudor est, oculis ubi scintillantibus illa  
Cedere tot vestras lampadas una iuber?  
Et tu Dardanij coniunx formosi mariti,  
Tangere Sol cuius nil nisi terga poset: (quæ,  
Nunquid ubi aspexisti, quam te procùl illa relin-  
Nativus roseo crescit in ore rubor?  
Non puto: quin illi ulterò omnes cōceditis, in qua  
Miratur vires Iuppiter ipse suas.*

AD



## XVI.

## AD FEBRIM A-

MANTIVM, VMBRAS,  
Mortem, & Charontem.

Ad Febrim, ut IANAM COSSRIAM  
torquere cesseret.

Quò, quò dira ruis nocensq; corpus  
Cur hoc vrere vis calore sacrum?  
Corpus non nisi maximis dicatum  
Rebus? perdere Regiam Minerva  
Prolem, quid laqueis tuis dolose  
Concendis: Viduam quid hanc Puellam,  
Est que doctior omnibus Puellis,  
Quas navare operam libris latinis  
Regis cernere Gallici est in aula,  
Tentas reddere? quid? thoro iugali  
Absentem spoliare vis maritum,  
BINTINVM, Iuvenem pium, eruditum,  
Flagrantem studio artium bonarum,  
Qui COSSIA fuit dicata nuper  
Felici auspicio & die secunda?  
Abi pestis, abi: tua sagitta  
aris corpus in hoc pia Puelle

Vulcanus

Nil unquam poterunt habere tenta,  
 Nullum non lapidem mouere pergas,  
 Conere omnia, nil noces. feroce  
 Conatus, faciem trucem, minantes  
 Flamas, rada que paris, recursus,  
 Cursus atq; tuos Puerilla ridet,  
 Imperterrita, firma, tuta, constans,  
 Armata, & clypeo sacra Minerva  
 Testa; nec metuens quid ipse possis,  
 Alto, & forti animo impetus repellit.  
 Quare pestis abi, stades nocere  
 Huic Nympha tenera, elegantule q;  
 Frustrâ. ô, pestis abi, tibi litandum,  
 Non est hac tibi victima litandum.  
 Corpus fata manent magis benigna,  
 Fata, inquam, magis hoc benigna corpus,  
 Corpus Mercurio sacrum & Minerva.

### Ad Umbras Amatorum.

scilicet  
 Pater. Quecumq; inferne Veneris per inania regna,  
 Per Stygiim tacitis tractibus itis aquam,  
 Umbra, que levibus tenebras perstringitis alas,  
 Quas viridis placido myrtus opacat agro:  
 Crudeles utinam sola videatis Amore's,  
 Turbidaq; inflata carmina fusa rudi.  
 Hic mihi dum veteres aspirat NÆVIA flamas:  
 Oraq; fatali melle venenat Amor.

Max

Mox vestrū aucturus numerū mororū: nosīris  
Si modo ego hīc possum corporis umbra mori.

## De Scipio, Morte, &amp; Cupidine.

Dū mea lingua vocat Mortē, Mors aduenit, & <sup>Angerias.</sup>  
Vis? ait. hoc cupio, dico ego; cede caput. (quid  
Falcem optat collo, cedit: nec cadisur nulla  
Vena, nec elapsō membra cruore cadunt.  
Miratur Mors, ipse tremo, cēu canna palustris,  
Quum quatāsur rauco sapiūs actā notha:  
Vidit ut id, summo dilabitur axe Cupido,  
Es dicit: non hic enī perire potest,  
Si quisē hunc ferro, seu tristī abrumpere flāma,  
Hoc arcu quoties occubuisse amans?

Ossibus hic tantum dolor est, & pallor, & ardor:  
Pulchra sed eius habet CÆLIA pulchra ani-

\* \* \* (mam.)

Nuper ut hīc illuc ibat Mors alite passu, Craterus.  
Ditaret censum quo Licitina tibi.

Obuiat HARMOSINÆ. cuius dū singula lustrat  
Membra, cor à rabie sensit agi omne sibi:  
Famq. nigro subigens infamem in core sagittam,  
Lethalem plaga destinat, ecce, locum.

Quum stabulatus Hera ipsa in fionse Cupido, &  
Tunc casu immersus undiq. delicys: (opimè  
Vix tandem infidas sensit, precibusq. minisq.  
Nocte sat am iussis ire procul Furiam.

I i i ii Illa

Illa negas primum: sed cedere nolle ut Amorem  
 Videlicet ita est ravo pauca profata sono:  
 Sic Puer, o, quanquam tamgrave parcere forme:  
 At parcam, quoque tu si facere ista voleas.  
 Nempe quot ex oculis radios iaculaberis istis,  
 Subiectas Orcis tot capita imperio.  
 Vix, adeo ut vetus ille Charon, mox se neget unum  
 Posse rate una omnes trans Styga ferre animas.  
 Annuit hoc infans! Pestisque in amena recessit,  
 Ita sequitur carnificis munere perpes ovat.  
 Ha Mors, Mors! quam nunc celebras victus tri-  
 Oris & in summo secula cuncta sedes! (amphū,  
 Iam tibi enim melius posthac, uno hocre, regna  
 Crescerem quam si mille ageres iaculis. (G  
 Te pudeat, sed, Amor, pacita illa in honesta tenere  
 Perdere tamquam hominum sit tibi ut usque leve.

### Charonti.

Si cariose Charon, ubi pausam fecero vita,  
 Debeo agi Eumenidum, te duce, per latices:  
 Cymba tua inter ies, suis et interierit tridentes:  
 Mox pede enim sicco per Styga semita erit.  
 En quantis mea corda uomant incendia flammis:  
 Aura en, ut flagret proxima, & en, ut aqua.  
 Certe ego non quinos tantum exsiccare queā am-  
 Sed si ter tanto plura fluenta forent. (mes,

Quintus

Quā tamē haud possit lucro tua dāna mihi esse:  
 Damna tua ut fugias, cōsilium hoc tibi habe.  
 Effice mortis ut, uno & eodem tempore, tela  
     Trajciā pectus hinc Dominae, indē mihi.  
 Mox & utruq. vchas. nāsi accipias sine me illā,  
     Trabs tua mox medio fulmine stabit iners.  
 Tam portentifice siquidem undiq. frigore pollet,  
     Continuò vertat ut liquida in glaciem.  
 Nos at ubi iunctim tolles, sic frigida caldis  
     Certabunt, cursu ut inviolata aqua cat.  
 Tunc nē quæso senex, vento des carbasia:remum  
     Sed satis extremis tangere sit digitis,  
 Fixo ut ibi iniucar saltim diū eam orbe oculorū  
     Cernere quam in vita non potui esse satur.  
 Sed quid ego hac fallorne? an, nos quum caperit  
     (edis  
     Persephones, dabitur perpetuò esse simul?  
 Non fallor. nam sic græssari cum igne videbit  
     Me Pluto, nimiū sicq. gelu HARMOSYNEN,  
 Cogemur sedē, Rhadamanthi calculo, in unam  
     Deirimenti aliquid nē infera res capiat.

AREOLE QVINTÆ

FINIS.



# AREOLARVM QVINQVE PRÆCEDEN- TIVM APPENDIX.

AMICO LECTORI.

**E**piscopius mercator, cuius imp̄sis VENE-  
RES præcedentes fuerūt impressæ, mer-  
gavit, ut epigrammata quadam amato-  
ria in Indice vel capite HORTI nos̄ri emissa,  
per Appendicem non praterirem: tā ut quater-  
nionum (quemadmodum aiebat) impleretur ia-  
stus numerus: quam ut VENERVM partes, siue  
AREOLÆ quorundā Poematiōrum (uti sunt MV-  
RETI, BALBI & aliorum) nō frāstrarentur deco-  
re. Petitioni primò cōtradixi; ille contrā indixit.  
Tandem persuasus hac per Appendicem affixi:  
qua amāti aut legenti non ingrat a futura ē doc-  
toribus dixit mihi doctissimus. Quamobrē &  
bunc nostrum labore boni consule, utere, latare;  
donec CUPIDINES, VENERIBVS mixti perfec-  
tam adimpleverint in amore latitiam. VALE  
Amico lector, & me quoq; ama.

## INVITATIONES.

Pag.9.

Ad Argentillam.

Autumnus Pater explicat

For-

AREOLA PRIMA

Formosusq; comas, & nitidum caput.

Nestas vsta caloribus,

Actutum properis ecce fugit rotis.

Iam Soles placidi nitente,

Et mentis spacium Cynthia temperat:

Iam vindemia pensilis

Late vitiferis arboribus rubet.

Duro vinitor & pede

Vvis purpureis musta premis nova:

Plenis de lacubus flumine

Fluctus precipites nectaris aurei.

Spirans aura Favonij

Inter frondiferas murmurat arbores.

Hamatia latitans rubis

Et linguam, atq; Itylum Daulias ingemit:

Mox quæstus auium vagi

Implent dulcisonis cantibus æra.

Huc ne dispiceat tibi

ARGENTILLA, anima pars melior mea,  
Seu mavis celeri rota,

Seu mauis tenui currere linteo.

Margaridi.

Muretus. Ludamus, mea MAROARI, & iocemur:

Nos & cum roseum diem reduces,

Et cum se Hesperij recondet undis

Deprendat radis auras Phœbus

Endex-

A P E N D I X .

*Ludentes simūl, & simūl iocantes.  
Appellabo ego tē meā columbam,  
Tu me, biāndula, pass̄erem vocabis.  
Cum dicām tibi parcitus furōre,  
Da mī basiolum unicum C O L V M B A :  
Tu collo inyiciens meo lacertos,  
Porges mī oscula delicata mille,  
Et mille altera, & altera usq; mille,  
Vibrans improbulam subinde linguam, &  
Os morsu tenero meum laceſſens.*

*Dehinc dices mihi, mi tenelle passer,  
An non ipsa tibi una sum Columba?  
Tua & ex animo Colambilla.  
Tuū mel, tua suavitas, tuū cor?  
En me (nam tua sum) suaviare,  
En hac ubera iam retecta cerne,  
Qua per te mihi primulum tumescunt,  
Obiectam & sibi fasciam repellunt.  
Quo sit, quo modo, delicate, pergis?  
Quo trudis digitos nimis falaces?  
Sic nos, sic age, dum vīnemus ambo,  
Dum res ad Veneris valemus ambo,  
Nē frustrā melior teratur atas,  
Ludamus mea M A R G A R I , & iocemur.  
Tergo debilis imminct senectus  
Qua cum veneris, ah do! or! Columba,  
Nos tuūs mala, viriūs q; languor  
Pro ludisq; iocisq; consequemur.*

## Venerillæ.

secundus Tempore cur dicto cessas VENRILLA venire?  
 Ecce tibi torus est, ecce parata Venus,  
 Qualem Tyndaridi spaciofa per aquora rapta,  
 Tutus in Iliaca soluit adulter humo.  
 Ipsa Venus violis, & puniceis Amaranthis,  
 Et totum Cyprio sparsit odore thorum.  
 Ipse thorum face lustrauit flammante Cupido,  
 Transiliens agili candida fulcra pede.  
 Quid cessas, Formosa? tuum sic ludis Amorem?  
 An magis, ex quo tempore discrucias,  
 Obsequio ut meliore mirara Lasciva repenses?  
 Dilataſq; auida mente bibatur Amor?  
 Ah! nimium mihi tarda, & tarda tardior hora,  
 Quā male dinumeras tempora qua numero!  
 sed cur dinumeres? cum malis fallere Amorem:  
 Forſitan hæc alijs hora parata fuit,  
 Namq; ego blanditijsq; tuas, & roſcida mente  
 Oscula percipio, multipliceisq; rices,  
 Dum vacuum falsis complexibus æra capto:  
 Dum mea in absentieis porrigo colla manus,  
 Et, quemcumq; movet strepitum levis aura per  
 Dilectos Dominae ſuſpicor eſſe pedes: (ad eis,  
 Demulces album tepido, Periura, cubili,  
 Cum quo diſperdas gaudia pacta mihi.  
 Forſitan & de me, teneros motura cachinnas,  
 Mifetur vestræ fabula nequissimæ.

Hez

A P R E N D I X.

*Hec, quid in immerita tā turpia crima fingo?*

*Credo e quidem facileis iā movet illa gradus:*

*Iamq; pēdem thalamis pones cultissima nostris.*

*Fallor? an in nostro limine latrat Hylax?*

Ad GELLIAM.

*Sole sub ardenti lustras cum GELLIA saltus?*

*Gelliam.*

*Quariss & agrestiss per nemora alta fues?*

*Sis bene docta licet torquere Cydonia cornū*

*Spicula: Dyc̄tinna sis & amica Dea.*

*Ocurrent Satyri cornuta fronte timendi,*

*Quos etiam Nymphae sapè timere solent.*

*Ocurrent Leo torva tuens, qui despicit omnes*

*Ictus, Diana temnit & arma ferox.*

*Nūc fuge, & umbrosa mecum requiesce sub alto,*

*Ad quam frigidula murmurat amnis aqua.*

*Hūc fuge, & hirsutā truncō suspende pharetrā,*

*Exugit nimius iam tua membra calor,*

*Collum nigrescit roseum, crines j; madescunt*

*Sudore, ac niueus deserit ora calor.*

*Pro diga cur vita sices, mea GELLIA, cur sic*

*Errans per sylvas nulla pericla times?*

Ad PARVAM Puellam,

*& græco*

*Samij adhuc pueri.*

*PARYA ueni, præceptor abest, te nemo videbit:*

*Barberi  
ns*

*Iam*

## AREOLA PRIMA

Iam noster iuto perficietur Amor. (dillas,  
Me coquit, ing<sub>z</sub> meas penetrat tua forma me.  
Sola potes morbum pellere, PARVA, meam.  
Ah! s AMY miserere tui, qui lanquet & ardet,  
Qui nihil in to: a nocte quietis habet.  
Te rogo, nè dubites secretum intrare cubile:  
PARVA, veni: dubitas, PARVA venire? veni.  
Per Venerem obsecro, per q<sub>z</sub> ipsi Cupidinis arma,  
Dum praeceptor abest, PARVA puella veni:

## ALLUSIONES.

pag. 25.

### Ad Rosinam.

Vateria-  
nus. Es rosa, fer s<sub>g</sub> rosa m rosa pro fronte ligata m,  
Indicium rosei verticis ipsa rosa est.  
Vnus odor floris, & fronti; color unus, & unus  
Est decor: amborum vita eadem, ut sapias.

### Ad Violantillam.

Patcha-  
nus. Aut VIOLANTILLÆ nomen tibi fata dederunt,  
Floridior violis quod tua forma riget,  
Aut quia defessi violenta Cupidinis arma,  
Ut ferias homines, dat Cytherea sibi.

De Camilla.

Bellarrix fueras Volscorum fama CAMILLA  
Nostra,

A P E N D I X.

Nefra, sed hac etiam tela cruenta gerit,  
Nla olim Teucris inflxit vulnera, figit  
Hac armis Iuvenam corda cupidineis.

Ad Sabinam.

Pascha-  
fus.  
Arbos est, veteres quondam dixerunt Sabinam,  
Et Medici certant arbor, an herba magis.  
Arbore in hac nosktros incidit cuspis amores,  
Effet us in nobis arbor & ardor idem:  
Arbor succrescit, pariter succrescit & ardor,  
Et meus in molli cortice gliscit amor.  
Frigore canescens brumali elanguit arbos,  
Penet etiam in truncum torpuit omnis Amor.  
Arbos in veterem renitescit laeta Iavehtam,  
Rursum ab hac veterem colligit ardor opem.  
Namq; in me, vegeta velo qui inservire SABI-  
Igneus hand verium ligneus errat amor: (N&E,  
Lignea quin potius, quae sis, ô, cruda SABINA:  
Ignens olim te nosker adures Amor.

P R E C E S.

pag. 33.

Amoris mei, odij tui præmia.

(fras

Nemitis, nè seva preces THAVMANTIA no- scalizet  
Despice: vel vestiros despice, Dicva, Deos.  
Censuerere Dei deponere molliter iras:

88

*Si demissa vident, supplicis orare i:  
Quod si proculpa nimium damnabis Amorem:  
Ex odio quæ sit debita noxa tibi?*

## Ad Psecam.

*• mortus. Exurgit alma de rutilo mari dies,  
Et nox gelatis cedit irrepens equis;  
Cristata cecinit pluries psecas auis:  
Sustolle tandem somno oculos pigro graves:  
Aperi sopitos tacita Gynacij fores:  
En ipse torpens aspero gelu miser  
Rapido sub axe dum furit præcepis noctibus  
Torqueor, aduror, conqueror, dolco, gemmo.  
Eheu! nimium proterva, nimium, eheu! improba  
Audi dolentem, mea aperi Venus modo.  
Maria silent, silent & sylvis ferae.  
Homines, volucres alta concepit quies;  
Et Luna terris m. struas faces negat.  
Horrent ubi frigore insano nives:  
Ventisq; contrahitur glacialibus solum.  
Tu surd: dormis in tepido iacens thoro,  
Levibusq; plumis candidum pectus fooves:  
Et ducas altos per tenebras somnos cavas.  
Ego heu! glacie contractus alpina modo;  
Lacrymis amaris ferreum limen rigo;  
Et spargo rimis flebiles mutis sonos:  
Heu surdi psecas, somnificosa, cheu! psecas*

*Exue*

A P E N D I X.

*Exue sōpicūs mōllib⁹s plūmīs cāpūt:  
Audi dōlēntēm, mea aperi Vēnus mōdā.*

Ad Lucem.

*Quā te luce mihi, mea lūx, fas vīscere nō est;* Lera  
dus.

*Quā lux est alijs nox in amana mihi est.*

*Per loca sic Mānes furua lugubria dive  
Errant ascens palliduli in tenebris.*

*At quā luce mihi, mea lūx, te vīscere fas est;*

*Turbine lux agili pracipitata fugit.*

*Sic Ionis ad mensas Heroës Nectare fūs,*

*Quāmuis longa, tamē tempora nō numerās.*

*O mihi, te mea lūx, semper si vivere fas sit,*

*Nē calo in videam, sufficere hora potest.*

\* \* \* \* \*  
*Nō ita Parrhasia spectat lapis Indus ad Arcton;*

*Occulto Magnes nobilis ingenio:*

*Nec Clytia sic solis equos intenta tuctar,*

*Morsua non potuit cuius amore mori:*

*Nec sic aurata rutilantia in arbore mala*

*Observat cūflos per vigili Hesperidum:*

*Nec sic Phryxas turazor velleris Hydrus*

*Excubat in somni nocte, dieq; acie:*

*In se ego us obtutu semp̄ defigor eodem*

*Lux mea, luce frui fac mihi quando tua est;*

*Sed qua fata meis credam contraria volist?*

*Colchica quamūc in me sacra piare querar?*

K k k      Dunck

AREOLE PRIMA

Dum tibi deuotus usq; auersiris Amores,  
Nescia blandit; reddere mota vicem?  
Namq; vel assiduis studiis addicta Minerva  
Secreta certas delituisse domo:  
Vel si fors prodire iuvat; velo abdita prodis,  
Tanquam deic; inuidiosam meis.  
Ah! nostri si nulla tibi, lux, mutua cura est.  
Saltem sit Pueri mutua cura Dei.  
Hic est ille, tuis qui cernere gaudet ocellis,  
Qui tibi cum Superis & Venerē amiculit.  
Et potes ô, male grata Deūbis lumine adempio  
Austrum cacas deprimere in latebras?  
Nē tantū, nē offirm: animo pulcherrima crīm;  
Quin potius laeti numina concilia:  
Ut possis prodire velis, vultu sed aperto:  
Teq; palam videat, inuidet q; Venus.

Ad Liviam.

Frigoribus iam sœvit hyems, iam nubila densant  
Aera, iam facta est candida terra nive:  
Sed caci, Veneris natus quos excitat, ignes  
Non cessant artus extenuare meos.  
Non mihi Bruma rigens prodest, non ventus ab  
Spirans, nō gelidi fluminis ūda innat. (Arcto  
Quid mihi sperandum? fiam cinis ater, & offa  
Vix poterunt facitis ignibus ustā legi.  
Vna salus sperest, quam si mihi forse negabis

LIVI-

## A P E N D I X.

LIVIA, spes vita non erit illa mea.  
Fac tibi vel sugam mammae, vel labra corallis  
Æmula: sic vita spes erit illa mea.  
Hi succi superant rorem regione cadentem  
Assyria, & frangunt spicula dura necas.

## Ad Sabinam:

Parce, parce, precor, sABINA, parce,  
Meum delicium, suaviumq;  
Patched  
SUS.  
Parce, si quid ego tumultuatus,  
Si quid extulerim foras protervè:  
Tenè vivere sim potis relicta:  
O mens zelos typi! ô metus inaneis!  
At iuro per ego meam sABINAM,  
Per sacros oculos meæ sABINÆ,  
Per castas genulas, per os pudicum,  
Per hunc, qui natat in labris pudorem,  
Et per oīa castiora castis;  
Aut nulla est nimium Puella casta,  
Aut si qua satiis est Puella casta,  
Sola præ reliquis sABINA castæs:  
At iuro per ego meam sABINAM,  
Per dulces oculos meæ sABINÆ,  
Imo spicula non tuos ocellos:  
Per nigrum cilium, imo amoris arcum,  
Et per retia tortilis capilli,  
Per genas minio colore tintetas,

AREOLA IP RIMA

Per dentes nivicos, ciburneosq,  
Per frontem patulam, corallinumq,  
Os, & per roseas duas papillas,  
Per mel, per violas suavè olenteis,  
A me qua cupido leguntur ore,  
Per hunc qui resides labris leporem,  
Et per oīa chariora charis;  
Aut nulla est nimiam cupita virgo,  
Aut si que suis est cupita virgo,  
Sola præ reliquis mihi cupita es.

Pasithea.

Crotus. Ridiani ubiq, calo tremula face rutilo  
Vigiles flamme, toruum sydus Orionis rapido,  
Hyadesq, tristes, atq, Arcturus impia facies:  
Numerosus astrorum exercitus igniferam acie  
Roseosq, humentes terras supèr exerit oculos,  
Aqui onibus nivosis nemorum avia resonans:  
Trepidat ferarū stabula horrida & alta latibula:  
Tonat undabundū rapido procūl aquore pelagus,  
Resonant q, freta vallis undiq, concita rignis.  
Nigricante noctis umbra riget hispida glacies,  
Gelug, vitreo lampas Latonia fluctuat:  
Supèr altis sevii niuibus vis aspera Borea.  
Anima'ia quiescunt omnia abdita lasebris.  
Ego vir, ego vates, ego solas Amator Hyantisidū,  
Ego statior Apollinis, custos Aganippe's sacri,  
Ego

A P E N D I X.

Ego Pyrenes, ego Permessidos accolat Laticis.  
 Gelidis sub astris ventos, ac frigora passor,  
 Iove sub rigente questus, ac carmina revamens:  
 Agedū, mea LVX, aperi demū PASITHA fores.  
 Remove, mea anima, à, remove mea PASITHA.  
 Cōtractus in pruinis glacialibus animo. (E A sc̄ā.  
 Deficio, dolore obruor: impia tua Stygia  
 Adire loca me urget amica silentia lemurum.  
 Miseras querelas audi, exaudi effera gemitus;  
 Nè me patere emori, nè mī animū. Impia, lace.  
 Egoliminis ventosi super aquore dolce. (ra.  
 Laceoq; miser: adharet vix aridibus anima.  
 Teneris blanditur alis tibi noctivaga quies;  
 Placidusq; somnus amplectitur Ambrosio finu.  
 Aperi oculos, mea LVX, detege sydera rosea:  
 Arrige parulas aures, audi peccine citharam.  
 Querulo gemetē, & concordia carpina fidibus.  
 Redolens odore in nemore ut supereminet abies  
 Genus arborum omne ramis, ac vertice tereti;  
 Violas ut inter fragrantia lilia redolent:  
 Hyacinthus ut comas exerit Oebalius bianus  
 Per amaraci, per q; rubentis gramina casie;  
 Velut varabile per calum Cyathia radians.  
 Serenos inter ignes rosea face mitet,  
 Agiles exercet qualis vaga Trinia choreas  
 Ad Gargaphia amnes, aut Eurota irrigua vada  
 Sequiturū feras per Osibri celeri pede trepidas;  
 Petulans per Ida saltus qualis Paleaphilia

Kk k iñ Sabi

A R E O L A P R I M A

*Subitura pastoris Iudicium Dea Phrygij;  
Latias puellas int̄ talis mea gradiens  
PASITHEA renides. In te omnis gratia Charitū  
Nidulatur: Lususq; aurescunt pectore niveo.  
Superas decore formā: propria & tua volupe est.  
Tibi pinxit ora, tibiq; afflavit Venus oculos,  
Quibus ipsa faces promit, queis & Amor iacu-  
la ciet.*

*Probitas tibi, tibi Aequum, tibi Iustitia comes.  
Tibi venustas tibi oris præstania lepidi.  
Syrios odores spirans tua cominus anima (doles.  
Lacrymas myrra, atq; fragrantia cynamare.  
Tibi serta Nais, Dryadum tibi strophiola chorus,  
Hyacinthos crini tibi prætexunt ganippides.  
Miser à! miser beu! sed quid surdis cōcino laribus?  
Numeros quid inanes Aquilonis flaminarē piunt?  
Agedū, mēa LVX, aperi demū PASITHEA fores.  
Borea nivalis astralitus deficio gelu.*

L A M E N T A.

pag. 49.

Ad Margarin.

Muretus. *Cum pluit, & radios Phabus cum subtrahit orbi,  
Tum sane mastus quislibet esse solet:  
Nemirere igitur, si sim, mea MARGARI, tristis:  
Ecce pluo lacrymas, tu mihi Phabus abes.*

Ad Nearam.

*Quis te furor NEERA,*

In epia

Inepta, quis iubebat  
 Sic involare nostram,  
 Sic vellicare linguam,  
 Ferociente morsu?  
 An, quas tot Venus abs te  
 Peccus per omne gesto  
 Penetrabileis sagittas,  
 Parum videntur, istis,  
 Ni densibus protervis,  
 Exerceas nefandum  
 Membrum nefas in illud;  
 Quo sapè Sole primo,  
 Quo sapè sole sero  
 Quo per diesq; longas,  
 Nocteisq; amarulentas,  
 Laudes tuas canebam.

Hac est, iniqua, nefcis?  
 Hac illa lingua nostra est:  
 Qua tortileis capillos,  
 Qua petulos ocellos,  
 Qua lacteas papillas,  
 Qua colla mollicella  
 Venustula NEÆRA,  
 Mollis per astraverfu,  
 Ultra Iouis calores,  
 Calo invidente vexit:  
 Quare meam salutem,  
 Quare meamq; vitam,

*Anima*

AREOLA PRIMA.

*Anima mea q̄ florem,  
Et te meos Amores,  
Et te meos lepores,  
Et te meam Dionem,  
Et te meam Columbam,  
Albam q̄ Turturillam,  
Venere invidente dixit.  
An verò, an est id ipsum.  
Quod te invat, superba,  
Inferre vulnus illa,  
Quem lafione nulla,  
Formosa, posse nosti  
Iratumere tanta;  
Quin semp̄r bos ocellos,  
Quin semp̄r hec labella,  
Et, qui sibi salaceis  
Malum dedere denteis,  
Inter suos crioiores.  
Balbutiens recanter?  
O vis superba forma!*

DE PETRA Puella.

*Qalbus. O manus, ô crines, ô colla, ô lactea cervix,  
O oculi, atheria sidera bina domus!  
O vox, ô mores sine rusticitate pudici!  
O frons, ô primis emula labra rosis!  
Perdistis heu miserum! perizanū cernite amātē,  
Cet-*

A P H N D I X.

*Cernite me, morior! cernite me, morior.  
Heū morior! nulla cingatur ueste cadaver,  
Es referant tales marmora scripta sonos.  
Hic iacet extinctus teneris Hyeronimus annis,  
Dura causa fuit aspera PETRA necis.*

Ad Laviniam.

*Quae mala funestus ferali carmine Bubo* carmine.  
*Predicit? questu Noctua quiduè suo?*  
*Quidnè Stryges stridūt nocturnæ? at q̄ ora lupo-*  
*Exululat? latrat quid quoq; nocte canes? (rū)*  
*Quid saliens oculus? quid tristis imago? repete*  
*Quae largis ad me fleribus uada venis?*  
*Quid mihi Saga manū aspiciens immurmuras,*  
*Ecquid predicit conscia Fibra Iouis? (ore?)*  
*Heū vereor nè me fallas LAVINIA, mentem*  
*Et mutes uafris conciliata procis.*  
*Quod si fara mihi portendunt, ite Sorores*  
*Tergemina, & vita filia secate mea.*  
*Sordes cet clari lampas nitidissima Phabbi* ,  
*Sordes cet quisquid Dadaia terra parit.* ,

AD AMICAM, ETE CONTRA.

Pag. 75.

Ad Annam.

*ANNA, que fueras, nec es modo ANNA,*

Scaliger:  
Pater.

*Qua*

A R E O L A P R I M A

*Quare prateriens retrò relinquis,  
Qui cum nocticulas, diecitasq;  
Ludo ducere perditus solebam:  
Nunc vix reliquia meorum Amorum.  
CÆSAR, qui fueras, nec est modo, ille  
Agra reliquia tuorum Amorum.  
Qui cum ludere perditè solebam:  
Ante se nihil intuens, retrorsum  
Crebro respicis ad nihil; suisq;  
Nec vestigia repperis nec umbras.*

Margaridi.

*Muretus. Sic age, pugnando teneri pascuntur Amores,  
Inuade insanis unguibus ora mibi:  
Et turba nostros, audax, lacera qz capillos,  
Atq; interiecta gaudia ueste nega.  
Illa etenim, ô! quātò magis est perfecta voluptas,  
Quæ cupiente quidem, sed renuente uenit.*

Ad Gallam.

*Novi pro verbis ego sola rependere verba,  
Et pro blandisq; reddere blandissas.  
Oscula si qua dabit, sola auferet oscula de me:  
Pro solis nutus nutibus eripiet.  
Hac aliquid prater iibi me si vis dare, fas est  
Hac, aliquid prater, te mibi, GALLA, dare.*

Ad

## Ad Phillidem.

*Cum ducenda mihi sīnē te sunt tēpora, PHYLLI,  
Longior est anno mensis, & hora die.*

*At tecūm si quando datur mihi vivere, rursus  
Esse diem credo, qui modo mensis erat.*

*Te sīnē vel Tauri cum lustrat cornua Titan,  
Semper adesse mihi māesta videtur hyems.*

*At tecūm medio gelida sub tempore brumæ,  
Ire tamēn veris tempora lata puto.*

*Te sīnē nox mihi fit, medio cū Phœbus in axe est:  
At tecūm in media fit mihi nocte dies.*

*Quātūm in mē miserūm Iuris tibi fata dedere!  
Quā mihi vel celi vertere Iura potes.*

ξ

Ad PORCIAM BRANCIAM, & ISABELLAM  
sororem.

*PORCIA, & ISABELLA, venustæ pignora ma-* Sannæ-  
*Dicite quis vestras non amet illecebras? (iris* zarius)

*Tu quoq; dic, tali cum sis dignissima partu,  
Quis LEO NORA tuo nolis ab igne mori?*

*Natarum illecebris matris simul ignibus urit,  
Qui cupid, is mortis flagrat amore sue.*

*Vita vale: in lucro est perijisse, scd hoc reliquum,  
Quod finis, est ipsi vix sat̄s exequijs. (Mors*  
*Ad Hyllam.*

*Excors, exanimis, semp̄r vestigia sect̄r*

AREOLA PRIMA

Lux tua: & huc, illuc irrequiesco.  
An que olim Clytien damnarue fata, eadem nunc  
Improba Parcarum nec manus illa misib[us]  
Herculis an sub fronte tibi lapis occultatur:  
At q[uo]d animi nobis ingenium ex chalybe est?  
An potius raduis istis, velut igne pyramita,  
Captus in exitium sponie mea rapior?  
Ehen quam miseru[m] male versat dulcis amator;  
Dam tecum sine me, me sine HYELLA vagor.

\* \* \*

Cur faciem quoties istam, LVX, cernere pergo,  
Immemor ab animi extenor & obstupeo?  
Nec secus, ac contraria tendit qui tela dicis,  
Protinus obscura differor à nebula?  
Di facerent Argi cingant mihi lumina fronte,  
Aliis aut cingant lumina fulmigena.  
Arcas virga meas oculos non vinceret unquam:  
In capite hoc somno nec foret nulla quies:  
Quin forme tot monstra tua, formosa, iuveret,  
Cum Mors obirens solveret una meos.  
Et sane Deus digna Diis poterit aqua videri,  
Extulerint cum te doribus innumeris,  
Innumerostribuisse mihi quoque luminis orbes:  
Miror ut hoc in te LVX, propinquaque sequar.

Ad Iuliam de Hyeme.

Frigidas asthereas iam spargit Aquarius undas

## APPENDIX

Et Leo stagna petat:  
Nam glacialis hyemis rapidis circundata ventis  
Frigore nectit aquas:  
Non solito rutilant genitansia signa nitore,  
Nec vaga Luna micat:  
Fusca nec albentes pingunt violaria campos,  
Sub nive terra latet:  
Præscia complevit tenues farmica latebras,  
Gaudet apisq; fauo:  
Non solitas complectit merens Philomela quarelas<sup>23</sup>  
Flet neq; Mater Ityno.  
Pra Zephyris gelidus Boreas, & nubilus Auster<sup>23</sup>  
Regnat, & Eurus atrox.  
Vernali gelide veniunt prorore pruina,  
Sichoniaq; nives.  
Scilicet aletnis mutantur singula rebus,  
Omnia fors variat.  
Et tamèn aligeri radis incendor Amoris,  
Nec das Amor requiem.  
Sed magis atq; magis miserrū comburit amanīc  
Durus & asper Amor.  
Qui genus omne cupit panarum scire, sequatur<sup>23</sup>  
Castræ Cupido tua.  
LYLIA non solito vernantia prata colare,  
Nec micat herba comis  
Non viola molles, non alba ligustra virescunt,  
Purpureæ vè rosa:  
Sic sua forma decens longo vitiabitur aro,

卷之三

AREOLA PRIMA

Qua cito lapsa fluit.  
Hora fugit volucris, celeri pede labitur etas,  
Lapsaq; non remeat,  
Quisq; hodie tanto letatur honore superbus,  
Cras erit ille nihil.  
Nunc gaudes primo florentis vere Iuventa,  
Vtere rene tuo.  
Et dum fata sinunt, fugientibus utere donis,  
Quare revocare nequis.  
Collige virgo rosam: qua si non tacta, peribit,  
Sola relicta gemes.

Ad Camillam.

Te colo, te veneror; nunquid mea vulnera curas?  
Vulnera non Vati perpetienda pio.  
Te donis dono: nunquid mea vulnera curas?  
Vulnera mortali non patienda viro.  
Te modulis celebro; nunquid mea vulnera curas?  
Vulnera non fido perpetienda mihi.  
Te fugiam! forsitan quid non potuere, CAMILLA,  
Carmina, dona, preces; id fuga nostra dabitis.

Amator.

Modius: Quid tibi tūc animi, formosa NEĀRA, fuerum  
Cū tibi tam longē hic talis Amator erit? (cf.,  
Neāra.

Quod, quibus actioniū externas cor motivagus  
Quodq;

APPENDIX.

Quodquia Iovis tactum quis stupet igne caput.  
Amator.

Anne etiam interdum absentis te cura subibit,  
Et memori quidnam mente rogabis, agat?

Neæra.

Immemor absentis quæcunque, est femina Amici, ,  
Hac nunquam vera scivit amare fide. ,

Amator.

Inter mille metus, totidemque hinc, indè dolores,  
Quidnam, præ reliquis quo movearis, habes?

Neæra.

Nè, dum alio mutet regiones Sole calentes,  
Mutet & ardoris pristina signa sui.

Amator.

Ha! quid ais? noti temeras cōstantiam Amoris,  
Per spectamque sibi ladis, inepta, fidem.

Neæra.

Quin magis indicia hac nostri sūt certa caloris,  
Cerius amor semper quod vereatur, habet. "

Amator.

Nodus amicitie, quo tanto tempore iunctus  
Est tibi, securam hic te merito esse iubet.

Neæra.

Nō potere, quin metuā usque atque usque hoc perdere,  
Tempore tā longo nō patienter amo. (quod iam

Amator.

Magni adeonè igitur sentires tela doloris,  
Mutas am si alio verteret ille facem!

Ne.

ARBOLÀ PRIMA

Neæra.

Tantè adeò, quanta mihi latitia esse solebat,  
Vna diu tanti quod fui amica viri.

Amator.

Cuius, bella, tuum poses aßimulare dolori,  
Hoc aliquis querens nuncius urget iter  
Neæra.

Eius, qui insti damnatus Iudicis urna  
Feralem expectas in sua colla manum.

Amator.

Ergò mors speras, lentam de lictore puppis  
Solvens, vela cisis cum dabit ille nobis?

Neæra.

Qui possim non momento, queso, emori eadem,  
Umbraqū sollicitum persequi cunctis iter?

Amator.

(morsba

Hem, quid agas etiam atque etiam a spicce, ne tibi  
Extincto dolcas quod mage amore ferat.

Neæra.

“ Verus amor ne scit lethi contagia verus  
“ Ipso etiam a fasi tempore durat Amor.

Amoris descriptio ad LVCIAM.

Jab am

Quid sit Amor, quid Amas, si nescis, lux mea,  
Discere nee, quid Amas, quid sit Amor potissimum.  
Nam queries furor hic, duplarem quem insano,  
Meque omni experte cōfuso ire vides: (giscist:  
Cam

*Cum fugio, qua prima pusat pars sanior igni  
Huic extinguendo, cum sequor id quod obest:  
Denique, cum nequam facio, & frugi esse labore,  
Tum verè facio hoc, lux, quod amare vocat.*

### Ad Eandem:

*Defungi ante diem, & nullam sperare salutem;  
Hac mihi sola salus, lux, in amore tuo est.*

### Ad Valliani.

*Aliger ut feriat mortalia corda Cupido* Cesarius.  
*Pervolat Eoas, Hesperiasque, domos,*  
*Tu caput è speculis non unquam VALLIA profers;*  
*Inque, animos latitans spicula caca iacis,*  
*Septem mihi vitare licet qua isla vidensur,*  
*Sed qua non video, qui miser effugiam?*

### Ad Gelliam:

*Si quories Titan glaucis immergitur undis*  
*GELLIA te viso radia mille ferens,*  
*Nè mirare precor, nam Sole latente requiro*  
*Lucis amans Solem, quem roso ore refers.*

### Ad Faustinam.

*vsque adeò FAVSTINA surradiantis honores*  
Ell Admi

AREOLÆ PRIMA

Admiror frontis, vertar ut in lapidem,  
Et quim de Phorcina nata finxere Poëz,  
Accipiat certam fabula prisca fidem.

Amatoria quedam problemata  
solvit.

Daphnia.

Valeria-  
nus. *Si tam sollicitis cales,*  
*Quum me non videoas, ignibus astuas:*  
*Cur si me videoas, riges,*  
*Effectus Schyticas frigidior nive?*  
Pierius.

*Non a sevitis memor,*  
*Tunc tunc destitutor sensibus omnibus:*  
*Quare contrahitur calor,*  
*Vt cordi misero suspirias feras.*

Daphnia.

*Si quid dicere vis mihi,*  
*Velas apposita cur faciem manu?*  
*Sed quam purpureus rubor,*  
*Pallenti viola mixtus, obambulat.*

Pierius.

*O peati mihi conscius*  
*Non fas legitime, memet ita obrego:*  
*Mox nubem ingenuus pudor*  
*Fundit sanguineam hac inficitur cutis.*

Daphnia

A P E N D I X .

Daphnia.

Sed cur lumen deicis,  
Si me cernere amas? cur varius tenor  
In vultu modo frigido,  
Nunc contra calido? nec stabili es modo?  
Pierius.

In te sustinco minus  
Lumen, duriciem dum vereor tuam.  
Hinc spes, hinc metus efficis,  
Momenso ut variem cuncta volubili.

Daphnia.

Cur semper querulus meam  
Carpis duriciem? quo minus indices,  
A me quid cupias: domus  
Omnis cui pateat, res, et opes noas.  
Pierius.

At suspiria fervida,  
At pallor gelidus, lumen at humidum,  
Atq; os pumice sicciss,  
Ate quid capiam, quid meream indicant.  
Et si dirigiam, ut laps,  
Nec fari valeam, nevè loqui: taren  
Pernix servitium, & fides  
Explorata petunt, quid meream satis.

Ad Sabinam.

Mulca, SABINA, tibi frustrà m: dicere narras, Pabda  
fuis.  
Illi ij Quæ

A RE O L A P R I M A

Que scribas rapidis irrita verba nobis.  
Confiteor certè, sed si modo vera faciemur,  
Si peccō, sola est culpa, SABINA, tua.  
Nam qui plura tibi frustrà me dicere narras,  
Hic ego ne peccem tu poses efficerē.

\* \* \*

Sic nive frigidior, sic marmore durior ipso,  
Spem tamen à nobis non fugat acer Amor,  
Aestus intus alit nix, arid quisque, nec ignes  
E silicis venis eliciisse nouum.

Ad Iuliātn.

Illecebris qui te petis, & demulceret amans,  
Aut querulis tentat vincere delicijs,  
Hic nè tuo, mea LVX, est irretitus Amor,  
Divitias nè magis deperit ille tu as?  
Virgo tibi formosa cave, latet anguis in herba  
Anguis nè lateat non ego(dixit) amem.

Ad Gallam.

Ardorem cum te, si te non GALLA videbam,  
Vna dies mensis, mensis at annus erat.  
Nunc te non video, quia nunc euantur ardor,  
Si videoq; dies, mensis, & annus erit.  
Forma eadē tamē est quā cū te GALLA perib;  
Prisca tibi forma est, non mihi prisca Amor:  
Nec resideret nostris maleuada libido medallis,  
Heū mihi! qua miserum me mihi surpseru.  
“ Quisquis amat, formā matrē nè credat Amoris  
“ Nam forme pater est, si mihi credis, Amor.  
Nolo

Nolo ego causidicus trepido dare verba clisenii,  
 Nec tumidus populo grande tonare Sophos:  
 Alter opum studio miserè intabescat auarus,  
 Insanus, magnum volueris alter opus.  
 Gestæ nec aeternis volo Gallica tradere chartis,  
 Quæ belli rabie sanguinolenia madent.  
 Vna es pro reliquis, nobis celebranda SABINA,  
 Tu sola historia es, causa, sophosq; mihi:

### Ad Cliniam.

Laus mea situa sit, tua si mea, quis, rogo non me vultius.  
 Totum in te, & te in me vivere virgo puer?

\* \* \*

In te cum mittit cautus sua tela Cupido,  
 Occupat incante pallidus ora color.

In te nec prius is cessat vibrare sagittas,  
 Quin redeat gratus leſa per ora color.

I nunc & dicas, nil posse Cupidinis arcum,  
 Quo ferit ille homines, quo ferit ille Deos.

I nunc, & discas pueri placare furorem,  
 Nam vita in te ius, Ius quoq; mortis habet.

### De se & Cupidine.

Crispa capitus Amor, Crispa sum captus Amore,  
 Aitennas aures dat mihi, dat puero.  
 Sat quoq; uiriq; facit nostris permota querelis,  
 Illi iij Namq;

AREOLA PRIMA

Namque, ego sum vultor corporis, ille animi.

Crispa Vulteo.

Crispa mihi, quid tu diffidis? quiduè times? nū  
Hoc unum potuit te docuisse dies?  
Nōn è hoc iustitit Amor, faceres per se proptere periculū,  
Facet velle meum, spes tua qualis erat? (an

Ad Puellam.

Subridens mihi cum negas rogata,  
Annusque, negans diu petenti.  
Nec es, dum capio perita, dura.  
Plus est quam dare, sic negare, plus est.

Ad Eandem.

Dicas, non volo, sic mihi petenti.  
Lo quid vis, volo sed mihi ut repugnes,  
Et clam̄es, tibi non dabo, volo, & rem  
Tu præstes facilem mihi abnegando.

Ad CRISPAM. ex vernaculo.

Rara tam benè gratia es referta, ne  
Non vis. in te quo caperim ipse amare.  
Solum occasio summate videnti,

Pernam

A P E N D I X .

Pernam auxit, mihi crede, non Amorem.  
Si te foris amet alter ille casu  
Amat, verum ego se unam amo, iubente  
Natura. Deus ipse utri feciebas  
Scit, uer melius colet scio ipse.

C R I S P A . r e s p o n d e t .

Non me tam puro grata refert am, sit  
Vel non visa queam placere entuquam,  
Consuetudine nec mea ipsa simili  
Panam crescere possem non Amorem.  
Si quisquam me amet ergo casu amet me.  
Natura hanc si me amat, sed artem  
Cum suam melius seget quis amandi,  
Quem plus tunc ego diligam, docebo.

Ad Crispam.

Olim que fuit ore tam venusto,  
Pro custode phalangem, ut illa haberet,  
Nulli a te similis fuit, magis nec  
A suo Patide est amata amico,  
Quam tu iudicio omnium estimaris.  
In re hac dissimiles iamen due essis:  
Quod nimis Paridem hac amicum amarist,  
Cui para est: nihilum quod ipsa amaris.

L l i i y Cris-

## Cripa Amanti.

Ipsa quod fuerim tuis miserta  
 Si te causa facit fideliorem,  
 Bellè est: frangere sed fidem caveto.  
 Nam si quid pereat fidelitas;  
 Sciam aut munere te fuisse abusum,  
 Quo se, qui benè amans, purant beatos;  
 Minanti mihi crede vapulabis,  
 Et quæ sum modo blandior columba;  
 Sæua ero tibi fævior Leana.

CRISPAS. Amori restitisse  
queritur.

Nè errasse ah! gravitur scio, ipsa amori  
 Cum resistere sum causa prepotensi.  
 Facti panitet, arguoq; culpam.  
 Cuius tela homines, rimenti q; Divi  
 Huic resistere velle, nonnè stultum est?  
 Cor meum ille suo imperio occupavisse,  
 Victimum, nec mora, fervido igne aduexit.  
 Ah! quod debuerat Cupido fecisse  
 Vi capta urbe facit quod ille, vicitor.

## Ac Himeram.

Franchi-  
nus. Te quicunq; videt, felix: felicior ille est,

Cai

A P E N D I X.

Cui tecum fas est dulcis HYMERA loqui:  
Qui verò te latas amat; quater ille beatas,  
Par superis, tacita quem Dea nocte foras.

AD HYERONIMAM COLUMNAM,  
de interitu illius catellæ.

Quid gemis extincta generosa COLUMNA ca-  
Desine, dâna tibi non dabit ulla canis: (tellâ)  
Quid tibi cum canibus? sat dira & dura fuere  
Fata tibi; rabidi sat nocuerè canes.  
Sume animu: te certa manet Venus aurea post-  
Damno se postquam procubuerè canes. (hac,

Consolatur. p. GLYCERAN, nè tantoperè  
Orium catulum vita functum fleat,  
cum ille ad Elisios campos intèr  
egregias virginis versetur.

Doctarum GLYCERB gloria virginum,  
Iam tandem lacrymis pone modum tuus,  
Humentemq; oculis desine turbidam  
Nubem rendere lucides.

Ah! quamuis catulus flebilis Orius.  
Non aqua ad superos desierit die,  
Perstringes placidi pectoris halitum.

Duris usq; doloribus?  
Non hoc ille pijs sedibus additus,

Augurel-  
lus.

Non

AREOLA PRIMA

Non virtus tua, non quae velut aureis  
Inserta irradias Gemma monilibus,

Pulchro corpore castitas,  
Non hoc Elisa blanditiae volant,  
Quas illi in temore gramine dum fugit  
Diram Pasiphæn, exhibet anxia

Casto Penelope simu,  
Vnde in purpureo flore reconditus  
Illudit sibi, que Vatis amabilis

Facta es carminibus Laura recentibus  
Aeterno celebris die.

Hinc Sappho Aolides, hinc lyricam petat  
Muscam, dum Dominae persimilem sagax  
Quarit, nunc tacitum blandulus insilit  
Inferna gremium Dee.

Ad C. nuper initiatam.

Quo virgo tendis omnium pulcherrima?

Quo se misella suberabis?  
Vbi decorum protinus tantum, velut

Effecta vecors, oculis?

Heu quo repente, quo fugis? quo se sibi  
Anfersim alorum nescia,

Quare petent, te different, in te undique  
Facto ferentur agmine

Vbi parentes impie remnens gravi  
Dolore fessos deseris?

Quibus

A P E N D I X.

Quibus cor una erat, & una spiritus,  
Erasq[ue] prorsus omnia.  
Hostilis ecquid improbe quicquam magis  
Manus patrare qui verit?  
Quam si fovenis filiam matris finis  
Aut patris amplexu auferat?  
O pes inepte, divitis tantas domus,  
Sumisq[ue] tantos despiciis,  
Ornatus annos qui tenellos, qui genus,  
Qui te decebat spernitur  
Quam tristis omne (heu) Inuentus linquitur,  
Sed in se omnes tristior,  
Aestate si quis florida iuas Puer  
Optarat ardens nuptias;  
Qui te, tuosq[ue] proles felices diu  
Pu'chra neposum redderet.

Orus ad Lycen.

Tenebo te nunc & fruar Cupidine  
Desyderato tam diu, Lyce, mihi:  
Specabo prasens, emuli q[ui] syderum  
Ictus ocelli sustinebo cominus.  
De osculabor os tenellum suavio  
Prasto, labellis molliter mellifluis.  
Gratas amantis en tibi voces propè,  
Haurire cupidis nunc licebit auribus.  
At ipse felix, & beatus audiam

Coram

Digitized by Google

A RE OLA P R I M A

Coram sonantis dulce murmur oscula  
Narrabis, ut me maxime solum facias:  
Et cuncta pre me iam tibi fordan simili.  
Ut prorsus unice colis & ornas mihi:  
Et mi placere quo queas, semper cupis..  
Contra sed inquam, miserum ut ipse me patem,  
Ni semper una tecum agam praesentiis:  
Ac ut propinquem, deserar quod nuspiciam,  
Horrenda queque cupiam adire & perpeti,  
Omniq; tecum coner ut degam modo,  
Et mente saltem, re nisi detur, siem.  
O me beatum, teque contentam LYCE,  
Quod sic in unum prosperè connuensimus.

A D G L Y C E R E N.

Ardentis animi affectum  
declarans.

Huius affectum penitus furentis  
Spiritus si qua GLYCERE videres:  
Forsitan bunc olim paterere casto  
Pectore condi.  
Cum tibi supra caput, atque circum:  
Aureos crines volitans, anhelus  
Pendeat semper: semel ut nitens,  
Sidat in ore.  
Hic ubi sanctos veneratus ignes

Syderū

A P E N D I X.

Syderum, lata quibus ipsa fronte  
Lucidum fulges, nitidos pereret  
Purus ocellos.

Iamqe de sacris facibus furore,  
Percitus, sensim subeat recessus  
Quisqe: dum tandem veniat pudici  
Cordis in edem.

P E R O L L A A D I P I N.

Quod de se suspicari nolit.

Rex mentis atqe corporis  
Mei potens & unice,  
Da semper operam ut nos ames.  
Serva datam mihi fidem:  
Fidusqe promissis mane,  
Velat facis quam maxime.

Et quanquam agis id sedato:  
Nam me cupis solam scio,  
Et prater hoc nil expetis.

Amor tamen sic excitat  
Mihi furentem spiritum,  
Ut cogar hic te colloqui.

Non quod patens ignis tuus  
Extinctus a squam appareat  
Calorve sic vetus minor.

Quin imo semper excitum  
Te miror, atqe sentio

Timore

Digitized by Google

AREOLA PRIMA

*Timore perculsum gravi:*

*Neforsan alter hereat*

*Amans mihi propinquius,  
Et te miscellum deseram.*

*Sed sede mones propria*

*Prius moueri videris,  
Et retro ferri flumina,*

*Quam non perenni tempore*

*Te corde conditum intime  
Dulci geram cupidine.*

*Ac forte si quem detinet*

*Spes ulla nostri; hic maximo  
Errore captus fallitur.*

*Nam talis est Amer meus*

*Quem iam tibi dono dedi,  
Qualis nequid qui dividit.*

*Si me cor exoptat tuum,*

*Et ipsa te solum expeto  
Nec nox die suè præterit,*

*Quin tecum agam, tecum loquar,*

*Tibi propinquemite volens,  
Lubens, frequensq; prosequar.*

*Si perditè me diligis,*

*Et ipsa te in terris colo,*

*Cælo velut missum mihi,*

*Tu vita, spesq;, & corculum:*

*Tu quicquid est mihi boni,*

*Et undè pendens oīa.*

*Faceſſas*

APPENDIX.

Facessat ergo omnis procùl

Abs te timor: si mea

Tibi dedit felicitas.

Nam quod semel factum probat

Mutare nunquam paululum

Mortalis ullus quererit.

Nè vita sit igitur gravis.

Tibi hoc amabo mihi care,

Nè suspiceris amplius.

Fac ut tibi mollis thorax

Dulci quiete somnia

Perfusa semper prebeat.

Hei, non parum me commovet

Levis tua erga me fides,

